Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Commentarius rerum quotidianarum, in quo, praeter itinera diversarum regionum, urbium, oppidorumque situs, antiquitates, principes, instituta, mores, multa eorum quae tam inter publicos quam privatos contingere solent, occurrent exempla

https://hdl.handle.net/1874/294283

Hs.
6 E 15

Aevum medium.
Scriptores historici.
N° 132

Kast VI, pl. E
N° 15

Hist 132

T. 798

VI E 15 en 15*

798 (Hist. 132, 133). Charta. fol. 2 vol. 275 et 237 ff. Cum figuris calamo delin. et pictis.

Arnoldus Buchelius, Commentarius rerum quotidianarum, in quo, praeter itinera diversarum regionum, urbium, oppidorumque situs, antiquitates, principes, instituta, mores, multa eorum quae tam inter publicos quam privatos contingere solent, o occurrent exempla. (Jan. 1560-April 1599).

AD LECTOREM
CVRIOSVM.

Esse aliquid nostras nugas fortasse putabis
Lector, at eductum pone supercilium:
Mixta vides leuibus non maxima seria nugis
Et fateor vobis displicet illud opus
Me iuuat hoc, loetoque lubens haec colligo vultu,
Et hic quo fiam doctior inuenio.

Quid juvat externum Buchelij pingere vultum?
Pars melior docto pectore clausa latet. G. ELB.

COMMENTARIVS

RERVM QVOTIDIANARVM, IN QVO, PRAETER ITINERA DIVERSARVM REGIONVM, VRBIVM OSTIORVMQ SITVS, ANTIQVITATES, PRINCIPES, INSTITVTA, MORES. MVLTA EORVM QVAE TAM INTER PVBLICOS QVAM PRIVATOS CONTINGERE SOLENT OCCVRRĒT EXEMPLA. LECTORIBVS PRO CVIVSQ INGENIO VEL VTILIA VEL SALTEM NON INIVCVNDA FVTVRA.

PLVTARC. LIB. QVOM. QVIS SVOS IN VIRTVTE PROFECTVS SENTIET.

Jam qui magis etiam profecerunt non ex orationibus solum sed e spectaculis quoq & rebus quibuscunq norunt vtilitatem capere, idq colligere quod eorum instituto commodet.

IDEM DE LIBERIS EDVCANDIS.

Pulcrum quidem est circa multas vrbes nauigare Vtile autem prestantissimam inhabitare.

ASCONIVS.

Author est, olim vnumquemque domesticam sibi rationem totius vitae suae per singulos dies scribere solitum.

Aulus Gellius de somniorum interpret. lib. IV.

Mores porro locales et locorum proprietates si non nosti peregrinationes autem et lectiones vel maxime habitum tibi horum inducent.

SENECA, DE VITA BEATA.

Nauigant quidam & labores peregrinationis longissimae vna mercede repetiuntur, cognoscendi aliquid additum remotumque. Haec res ad spectacula populos contrahit, haec cogit praeclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates euoluere, mores barbarorum audire gentium. Curiosum nobis natura ingenium dedit: & artis sibi ac pulcritudinis suae conscia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida, & non vno genere formosa, solitudini ostenderet.

ARISTOTELES.

Est n. ea natura humanae mentis, vt desiderio cognoscendi perpetuo teneatur, nec vnquam acquiescat vni rei tantum, sine vlla cognitio per auditum contingat, sine per visum, hos n. hi disciplinae sensus. Alde Sonis de Pherecide carme ap. Laertiū lib. 1.

BIBLIOTHEEK DER UNIVERSITEIT TE UTRECHT

IN PRÆFATIONE ALEANDRI DE DESCRIPT. ITALIÆ.

Nemo quisquam ex omni memoriâ sapientiæ doctrinæue consecutus opinionem est vllam, quin aut ipse multum peregrinatus sit, aut saltem plurimum peregrinationi tribuerit &c.

SENECA CONSOLAT: AD HELVIAM. CAP. VI.

Inuenio qui dicant, messe naturalem quandam animis irritationem commutandi sedes, et transferendi domicilia. Mobilis n& inquieta mens homini data est. Nusquam se tenet, spargitur et cogitationes suas in omnia nota atque ignota dimittit, vaga atque quietis impatiens, et nouitate rerum lætissima: quod non mirabere, si primam eius originem aspexeris. Non est ex terreno et graui concreta corpore ex illo cælesti spiritu descendit. Cælestium autem natura semper in motu est &c. quæ sequuntur.

Apud SVIDAM. nescio quis. fol. 960

Conuenit homini iuueni peregrinari et extra patriæ limites profugisci. Voyez les Essais de M.re de Montaignes lib: 2, cap: 26, pa: 131.

Apollonius apud Philostratum, aiebat adolescenti maxime conuenire, nec secus ac si patria pulsus esset, quam longissime peregrinari. lib: 1. c. 13. Vide Apul: Met: lib: ix. 152. et de Chrysanthio Eunapium. Damascig in vita Isidori:

Propendebat in peregrinationē nō vanam, aut delitiosā, mhiantem hominū subsellionibꝰ spectandis, aut vehibus magnis et pulcris: sed siquid quod mirandū audiret, vel angustū fide occultū, sine apertum ipsismet oculis videre volebat.

PRAEFATIO.

Cùm vita haec nostra sit peregrinatio, coac
ta potius quàm voluntaria, in hoc terrarum
orbe; et procul à patriâ, quae est coelestis splen
dor, anima in hoc corporis carcere vagetur,
non abs re mundum hunc, quem pedibus cal
camus, et oculis coram cernimus, iter vocamus. Moris autem
fuisse etiam apud maiores nostros maximè memorabilia et
relatu digna in peregrinationibus notata, suis conciuibus come
morare, et nonnunquam posteris scripta relinquere, constat;
Quod et tam apud Latinos quàm Graecos diligentissimi illi
Cosmographi, qui nobis totum terrarum orbem tanquam
ob oculos ponunt, fecêre. Quis n. plura vidit Strabone? quae
omnia XVII libris conscripta Graecè in manibus doctorum ver
santur. Ptolomaeus astrorum cautissimus scrutator, qui plu
ra huic scientiae addidit quam inuenerit, ea scripsit ea
cognouit quae omnium terrarum incolae vix simul potuissent.
Apud Latinos plures habemus, si numerum; si rem et veritatem
spectemus, pauciores. Mela in parvo non parvam gloriam,
et paucis totam terrarum machinam, tot regiones, tot or
bida, complexus est. Plinius nimiâ diligentiâ, et sup
stitiosâ curiositate coeteros omnes qui de hac materia scrip
serunt facile superauit, quare multa fabulosa veris im
miscens, parcè credendus videtur. Solinus ex Plinio
alijsq. sua parum aequo delectu descripsit. Nec prin
cipes id omisere studium; quin multi peregrinatio-
num actionumq. suarum monumenta reliquêre. Nam Sul
la, Caesar, Octauianus, et Antoninus; diligenti admodū
curâ, nullo fuco, et maxima veritate conscripsêre res a se
bello pacèq. gestas, populorum mores, regionumq. situs
et naturas. Hos neoterici qui hâc nostrâ et patrum
auorumq. nostrorum memoriâ, scientia et rerum peritia
clari fuerunt, imitati sunt; ita vt vix angulus vllus to
to in orbe lateat, quo non mortalium peruenerit sagaci
tas. Quin quidam hoc nostro orbe non contenti, quum
plures mundos ex veterum fabulosis historijs esse di
dicissent, longis et periculosis itineribus ipsum fatigarunt
Oceanum; nec frustra fuere, inuentâ nobili terrarum par
te, quae nullis antè cognita ad pedes nostros siue inferos

vsq.

vsq; latuerat. Hac laude maxumè celebres fuêre Lusitani, quos mſecuti Hiſpani ıtlı qui principem eius regionis partem Caſtiliam mhabitant. Ego vero non tam externis peregrinationibus, quam hac communi omnium adiectus, quicquid memoria dignum, hactenus, vel viderim vel audiuerim, breui hoc commentariolo complectar; et veluti pauperculae mulieres, post congregatam messem ſpicas rebitas, ego leuiora plaeraq, et à doctioribus fortassean omiſſa, vetius quam ocıatius colligam. Vale lector, et te peregrinum hic non hospitem eniem exiſtima

TRAIECTI BATAVORVM ANNO XPĀO CC IↃ XXCIIX A.D. XIII KAL DECEMB.

Patriâ urbe, quae mihi vitae simul et peregrinationis initium dedit exordiar; TRAIECTVM BATAVORVM et olim, et iam, si veriorem sequamur sententiam, hoc appellata. At prius quam ad urbis descriptionem progrediar, de Batauia veteri in cuius hac solo sita est, pauca dicenda arbitratus sum.

BATAVIÆ VET. DELINEATIO

CAP. I.

Batauorum insulam sic describit, Tacitus, diligentissimus rerum Germanicarum investigator: Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, domestica seditione pulsi, extrema Galliae ora vacua cultoribus, simulq. insulam inter vada sitam, occupauere, quam mare oceanum a fronte, Rhenus amnis terga ac latera circumfluit. Aperte hic tibi monstratur Batavia, et ea quam in tabulâ; nec imponant hae fossae, quam, Drusiana, Corbulonis, Mercurei; non fuerunt illae cum primum accepit nomen Batauia. Errore multos implicuit diversa illa fama, et mutabilis amnium cursus. Minorem fecit, et a Mosa ac Vahalis confluentia Cornelius Aurelius, Caesarem ex suâ interpretatus opinione. Huic oppono Corn. Tacitum, testem rectissimum de certissimis: Rhenus, uno alueo continuus, aut modicas insulas circumveniens, apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur. Servato nomen et violentiam cursus, quà GERMANIAM praevehitur, donec Oceano misceatur. quid his de rebus clarius? quibus apertissimè ad divortium Rheni, Batavi agri principium indicatur, Io. Stella, et Petrus Divaeus, ad Rheni ostium extendunt. et ad He

Hist. lib. IV.

Batauiae suae lib. 1. cap. 4.

Belli Gallici lib. 4. Lib. 2 Annal.

libr. de Galliâ Belg.

Tacit. Ann. 2. Vid. Suet. in Claud.

Belli Gall. Lib 4.

Lib 4. cap. 15

Cristop. Neapolit. de mor. et situ Otad

De morib. Germ.

Iunius in sua Bata. cap. 1.

Lib. 7.

Libris 55. et 56. Trang. in Oct. Tib. 21.

Lib. 7. belli Gallici in Galba cap. 12. Libro 6.

Ausonius Epigr. de Danubio

ij ostium CANINEFATES collocant et MARSACIOS, inepte sanè, si ad dextrum situm sis ad orientem, aliquâ ratione: nondum n. a Dru so facta illa fossa, quæ ab antiquo nomen possidet, inq. Isalam aut Issel arcus deducta; Falsa hæc docet Cæsar qui Mosam in finibus Lingonum ex monte Vogeso profluere, et parte quadã Rheni quæ Vahalis voratur receptâ insulam efficere BATAVORUM. author est. — et plinius præter Batauos; Cannefates, Frisios Cisrhenanos, Sturios (vel ut legit Iunius Tusios) Marsacios, Cauchos, Frisiabones, inter Helium et Flevum collocauit, hi a medio et Rheni nomine ostio, ad orientem et Flevum extenduntur. Longitudo BATAVIAE controuersa, et ex Cæsaris ac plinij diuersitate dubia, hic propè c M. passuum, illic LXXX M. ponit; Plinius tamen mihi ante Cæsarem credendus, et vicinitati propinquior, cuius ætate notissima illa insula, et quâ Rom. fortitudini magnum robur, cum Cæsar primus Romanorum ad. ea loca peruenerit, quæ ante eum famâ cognita, vidimus ad extrema Germaniæ Galliæq. cum ab Italiâ hoc tempore, etiamsi notissima; extremum orbis terrarum limitem appellari notum est; Conciliari tamen et Cæs. et Plin. loci hoc modo possent, ut hunc amnium ambitum, illum terræ recti tudinem in dimetiendo sequutum diras: et nostro ævo Cæsaris illa dimensio a confluentiâ Mosæ ac Vahalis non a rapidi agri Batauici deducenda, quare mea sententia optimo. Atqui primi hanc inoluerint, nomenq. dederint, ex supra scriptis Tacciti verbis constat; qui et alio loco: Omnium harum gentium virtute præcipuè BATAVI, non multum ex ipsâ sed insulam Rheni amnis colunt CATTORUM quondam populus, et domestica seditione in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperij fierent. Nomen a Batauo duce indi tum et quasi Batauis peculium populari lingua Batauiam vocitatam volunt: nihil hic affirmo, coniecturæ n. est alicui sionum sit verisimilium. Batauis verò nomen apud Germanos olim vulgare, cuius meminerunt. Strabo, Dion. Tacitus. Dubitarunt alij, Germaniæ an Galliæ adnumeranda esset Batauia; disputatum est diu; et dubitatum magnis argumentis etiam olim; Rhenus Germaniæ Galliæq. terminus, in medio Rheni Batauia, Germanicum flumen Rhenus, Germani incolæ a cæteris Germanissimis populis, Germani appellantur a Cæsare, a Suetonio, ab Orosio, T. Floro, Herodiano, Dione. dissentiunt inter se, ptolomæus, qui flumen Germaniæ Galliæq. q. terminum constituit, sed huic minus bene cognita, et Strabo et Dion qui medium Rheni ostium Galliæ Germaniæq. limitem fecerunt, Rheni et puto nomine deceptis, verum hic et alibi Tacitus (quem mihi sequendum in Batauia hâc descriptione putaui, et diligentissimum scriptorem, qui his in locis procuratoriâ dignitate aliquamdiu vixerat) hu-

Helium

Heliam Galliæ. Germaniæq. populis terminum fecit dedit. Plutarchus in vita Othonis
etiam huic astipulari videtur. Sed ne longiùs ab institutâ
brevitate digrediar, Junium apprissimum diligentissimúq: Batauiæ cap. 4.
uiæ scriptorem curiosos mittam, cuius diligentia me bruui
orum fecit. En aperta et clara BATAVIA, demonstratus
situs, magnitudo immensa, habitatores indirati, Germaniæ
adiudicata provincia, et nomen apertum; Nunc videamus
qui, et quales fuerint Batani, Romanorum elogijs clarissimi
et validis etiam gentibus prælati; Duo in gente Batauorũ
notata a Romanis et laudata, fidelitas et fortitudo, hæc
bulgo formidabilibus habiti Batani, ac inuicta virtutibus
validam opinionem exquisiverunt; illâ verò supremæ
a Romanis honorum fraternitatem imperij maximi me
ruerunt, et tanquam custodes corporum fidelissimi Cæsare
um venerati sunt: testib in Batauis inuenta et terrâ
erutæ inscriptio: GENS BATAVORVM AMICI ET
FRATRES ROM. IMP.
Batauorum mem: ethici cosmograp: Lucano Tacites vocat lib. 1. 25 pag:
nullis tributis vexati, sed libertate semper dsi, non exiguũ
momentum præbuere Romanorum victoriis, Tacitus: De morib. Germ.
Manet honos et antiqua societatis insigne, nam nec tributis
contũduntur, nec publicanus atterit, exempti oneribus et
collationibus, tantum in vsum prælioruꝫ repositi velut
tela atq. arma bellis reseruantur. Dion etiam Nicæus percur lib. 55.
nos equites delectos Cæsarum habuisse dicit, quibus BATA
vorum nomen fuerit, a BATAVIA Rheno circumfluâ insulâ
oriundos, quos equestri disciplina plurimum valuisse con
stiterit. Index quoq. dignitatum Rom. sub Hadriano imp.
meminit Batauorum inter auxilia palatina, item equitum
Iuniorum et Seniorum; Plura a Tacito petenda virtutibus
Batauicæ elogia et exempla. Amor n. Legionum Rom. Bata Tac. lib. 17.
ui et robur, quos etiam Vitellius imper offendere verituꝫ
fuit, nam octa eorum cohortes prout inclinassent grande mo
mentum socia aut aduersa esse potuerant. primi semper in
prelijs, ac inter principia versari soliti, animis latissi Tacit. in vita Agric.
mas, profundissimas tranare, equitibus, armatiq. solebat,
et vt finem faciam infinitæ virtutibus; Amborum erant fiducia
imitorum desperatio: addam Martialis lepidum distichon ad
horum, ita nostro instituto haud alienum: PERSONA GERMANICA. Lib. 14. Epi. 176.
Sum figuli lusus Rufi persona BATAVI,
Quæ tu dextra, hæc timet ora pater.
Viri virtute illustres, etiam Romanis æternitate digni visi
sunt, at etiam inopem habuerunt Tacitum, aut extarent
plinij de Rebus Germanicis; quanam virtutibus miracula ad mi
rarentur posteri; Cl. Ciuilis regiâ Batauorum stirpe ortus, cu
ius

sub ab ipsarc a Cornelio Tacito integrib pene libris illustra
ta ad posteros peruenerunt; qui et Carioualdc Batauis du
ris fortissimi meminit; quemadmodum et Julij Brigantici claudij
Ciuilis ex sorore nepotis, Julij pauli fratris Ciuilis, Claudij
victoris: et Veteris item ex sorore nepotum, Claudij Labeonis;
Forum Batauorum iam sub nominatus, et ob egregia virtutem
Elegantij elogio ab Hadriano Imp. celebratus, carmen adda
et non indoctum et Batauorum ingenium exprimens ingenium:

Ille ego Pamonijs olim notissimus oris:
Inter mille viros primus fortesq. Batauos
Hadriano potui qui iudice tacta profundi
Æquora Pambij cunctis trahere sub armis,
Emissumq. arcu dum pendet in aere telum
Accredit ex alia fixi fregiq. sagitta;
Quem neq. Romanus potuit, nec Barbarus vnquam
Non iaculo miles, non arcu vincere Parthus:
Hic situs hic memori saxo mea facta sacrani.
Viderit anne aliquis post me mea facta sequatur.
Exemplo mihi sum primus, qui talia gessi.

est apud Strabonem Rhamis Vexomiri Batauorum principis filia. lib. 7.

BREVIS RHENI FLVVI DESCRIPTIO.

CAP. II.

De Reni ortographia et etymo vide Scalig. i de caussis ling Lat. c. 45.

Non ab instituto nostro futurum reddidi, si post Batauiæ qualium
cunq; descriptionem, Rheni adspectu; ad ruinas me ripamq; na
tum, et iuxta quam multo tempus diuagatum memini, ru
inis necessario sæpius in hoc diario proferendum nomen.
Belli Gallici lib. 4. Rhenum sic despingit Cæsar: Rhenus oritur ex Lepontijs qui
alpes incolunt, et longo spatio per fines Nantuatum, Heluetio
rum, Sequanorum Mediomatricum, Tribocorum, Treuirorum citato
fertur: et vbi Oceano approximauerit, in plures diffluit partes,
multis ingentibusq; insulis effectis quarum pars magna a feris bar
barisq. nationibus incolitur: ex quibus sunt qui piscibus et ouis
auium viuere existimantur multisq. capitibus in oceanum influit.
Libro 4. Strabo: Non longe ab istis (nempe Rhodani fontibus) sunt Rheni fon
tes et mons Adulas ex quo in septentrionem Rhenus excurrit.
Libro 3. c. 2. Pomp. Mela: Rhenus Alpibus decidens propè a capite duos lacus effuit, ve
netum et Acronium, mox diu solitus et certo alueo lapsus, haud
procul à mari huc et illuc dispargitur; sed ad sinistram amnis, eti
am tum et donec effluat Rhenus; ad dextram primo angustus et
sui similis, post ripis longè ac latè recedentibus iam non amnis sed
ingens lacus, vbi campos impleuit Fleug dicitur eiusdemq. nomi
nis insulam amplexus, fit iterum arctior: iterumq. fluuius emitti
Libro 6. tur. Herodianus. Hi maximi fluminum sub septentrione fluunt.
Rhenus ac Danubius, quorum alter Germanos, alter Pannonios præter

fluit

fluit. Atq. æstate quidem nauigabiles altissimo latissimoq. alueo, per hyemem dem. contrecti gelu camporum in morem peregrinantur. 25.

Claudianus elegans simul poeta Rhenumq. minacem
Cornibus infractis adeo mitescere cogis. vt paulo ante
totidemq. diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuistis in annis,
Quem ferro, alloquijs, quem vos cum milite, solus
Impiger a primo descendens fluminis ortu
Ad bifidos tractus, et iuncta paludibus ora
Flumineum perstrinxit vter. idem.
Sublimis in arcton
Prominet Hercinia confinis Rhetia silua
Quæ se Danubij iactat Rhenique parentem:
Vtraq. Romuleo prætendens flumina Regno
Primo fonte breues: alto mox gurgite regnat
et fluuios cogunt vnda coeunte minores,
In nomen transire suum. te Cymbrica Tethys
Diuisum bifido consumit Rhene meatu.

O quoties doluit Rhenus: quàm barbarus ibat, idem
Quod te non geminis fruereturiudice ripis.

Valerius Martialis: Rimpharum pater amniumq. Rhene,
Quicunq. Odrysas bibunt primas
Sic semper liquidis fruaris vndis,
Nec te barbara contumelioso
Calcatum rota conterat bubulci
Sic et cornibus aureus receptis
Et Romanus eas vtrâq. ripâ.

De laudib. Stilic. lib. 1.

De bello Getico vel de laud. Stilic. libro 4.

In Mallij cons. 1.

epigr. lib. x. ep. 7.

Hinc omnes historici (et Virgilij epitheto vtar) Rhenum fluuium fatidicum, oraculo, a primis scriptoribus profluxit, et vetum fatidicum; Æneid. VIII.
ab initio historiæ Rhenus, cum nondum Druidarum existerit opud; quare posteriores vestigia priorum sequuti duorum tantum ostiorum meminere; Plinius autem tria ponit, vt et ex Lib. 4. cap. 15.
eius priori rapite allatis, verbis patet; Ptolomæus etiam diligentissimus autor occidentale modum a orientale describit. At hæc sufficiant de Rheno veterum testimonia, quibus recentiorum et planam addam descriptionem. Mollerus lib. 1
Rhenus n. præfatum et primum post Danubium Germaniæ fluuius, ex summis Alpibus Gotardi iam nomine notis, et duplici monte qui continenti satis diserte bis annectitur et quasi corpus summæ Alpium esse videtur, originem sumit. Nascitur autem duobus ex fontibus, qui distant inter se, si parallelam spectet lineam LXXX stadia, quæ duo efficiunt milliaria Germanica: sed si montium diuerticula, longius. Fons vero qui magis ad Septentrionem et Occasum spectat dicitur Rhenus anterior; Alter fons diuitur posterior, et is magis

gus ad orientem et Austrum flectitur; qui fontes ad Rhati arcem deinde confluunt, et Danuvium effluunt Rhenum, qui infinitis prene amnibus fluvijs, Germaniam Galliamq; simbo impetu praterrochitur, donec ad caput Batauiæ circa Lobi tam arcem diuersum faciat, et Vahalim maiori aquarum parte ex se dimittat ad Lænum; mox ad dextrum Isselā effluens fluuium, tenuis admodum procedit ad BATAVODVRVM, ubi illiris sui assumpto nomine, et prisco alueo relicto in Mosæ am fossam se mergit, et genitis a se aquis absorbetur, Mo ſagnis superbiente in Oceanum deducitur nouo suo nomine. Antiquus insulonimus alueus a Batauduro ad Cattorum sinum, nomen modernus retinet, plura Romana antiquitatis re liquia demonstrans vestigia, et suo loco Diximus. Ostium autem Rheni violento temperatis impetu obstructum fuit Anno Christiano octingentesimo septuagesimo, tempore Hun geri x Præsulis Traiectini; hanc potior opinio, aliq; qua dringentesimo ab hinc anno aut paulo ante obturatum illud Rheni meatum esse volunt et ex Amatibus patrijs sumus, qui tamen nihil in ista dubietate affirmare voluit, mihi prior verior videtur opinio; si non tam recens ista relatio, minime dubito quin rectissima sint extarent monumenta, etiam priuatorum. Ceterum qui exactius Rheni fontes, cursum, auctores fluuios, et recentem ostiorum in Oceanum delapsum, scrutari voluit, adeat ib Bernardum Mol lenum Monasteriensem, qui versum sex libros De Rheno edidit; Lambertus quoq. Hortensius medium Rheni alueum diligenter descripsit, libris quos De rebus Traiectensium composuit. hic desinam, si unum illud miraculi instar de Rheni naturā de tenebus traditum, retulero, nempe sint aquas arbitrab, tas pollutum ranunculi, unde Græcis dictus Ἐλεύχυάτω, teſtes huius rei Iulianus[a] Galenus, Nazianzenus Gregorius, Nonnus et elegantur Claudianus. hoc versu:

Et quos nascentes explorat Gurgite Rhenus.

memini me et hoc a Græcis translatum legisse epigramma, interprete Io: Bap: Pio:

Audaces rapido Celtæ noua prognosa Rheno
Explorant: non hos genitrix prius vbere largo
Alma fouet, vitreas fluuij quam venit ad vndas.
Lympha nouum capit alta genus, quod remigis instar
Vmbo regit, fluidique effulcit corpora alumni.
Et fœtum sic vnda probat, lectumq: virgalem:
Damnat adulterij fœdo si decolor igne.
Post lubrios genetrix casus memor Hebrigia
Ancipitis, fulcit gelidis in fluctibus ortum
Anxia desiciens cui mobilis amatat vnda.

DE FRANC.

Batauia cap 8.

Libro vi

a In epist: ad Maximū pa: 180.

vid Beran. hist. 2. et spangen. ad Beebel. Austr. ea. 661. fol. 349. Herm. Neuhusii contra Scribon. F. 2 et seq.

DE FRANCIS, ALIISQ. GENTIBVS BATAVIÃ INCVRSANTIBVS, VASTANTIBVS, OCCVPANTIBVS; CAP. III.

Batauí quã libertate et Romanae societatis honore semper usi, donec a vicinis Francis, labente iã Romano Imperio, multisq. Tyrannis occupato, vexari reperiũt; tũm n. ruina libertatis dignitatisq. Batauiri, quum vel Francis pariter vel Romanis, vicinitatibus quondam virissimus Francos.

Francorum vero initium, non a fabulosis Humbaldi mythis exordior, sed ab eo tempore quo primum eorum nomen Romanis innotuit, idq. circa annum Christianum CCLX imperante Galieno, quum Posthumo Imperium apud Gallias Germaniasq. occupanti, et contra Galenum pugnanti validis adessent copijs. Origine hi Germani et nomine, teste Procopius, et qui huic astipulatur Agathias. Quidam nomen tũm ortum, et a libertate quam profitebantur sic dictos Francos. Caterum Ansibariorum multotiens a Romanis victorum posteros, et reliquias, Goropius Becanus infinitis propè argumentis probare conatur; quemadmodum et Francos sive Vrancos ex Asiã ortos ad Maeotidis paludes in Scythiã diu consedisse, ibiq. libros scytas voratos novum Francis connubium; idq. ex Herodoti libris constare. Quo vero tempore pedem mutauerint adq. extrema Germaniq. peruenerint, obscurum et in tantã temporum librorumq. noctem. Cum nomen eorum auditum nouum vel a doctori assumptum, ad Flenum non procul a Batauis et caninefatibus habitasse rectum est, et post Dirkum A. Syrambris ortum habere voluit Hunarius, cuius etiam opinionis est Bilibaldus pickheimerus: Lazius autem a Frisijs, et hic, illi virilitate horum decepti sunt, et occupatorum nomen dedere occupantibus, et victos nominibus honorarunt victoris; alios nam fecit Francos a Syrambris Apollinaris. Francorum penitissimas paludes intrantes venerantibus Sycambris* his vndis paludibus fugientem Francorum tyrannum ad Flenum lacum, omnium deinde fugientium ad Flenum ostium et Oceanum Germanicum occupantium. Sic de ijs Fl. Vopiscus. Testis Franci inuijs strati paludibus: et Procopius tanquam digito monstrare Francorum sedes videtur: Rhenum n. dicit in paludes quasdam effundi, easq. plurimas, et in ijs Germanos primum habitasse qui tum Franci dicerentur, idq. satis probatur maritimam et inhabitasse regionem, quod arti nautice et pyratice habiles fuerint peritissimi; hinc Nazarius Panegirico Constantino dicto: Francis praeter caeteros truces, quorum vis cum ad bellum efferuesceret

Trebellius in Galieno scribit

Lib. 1 de bello Gothor.

traditio

Francicor. lib. 2.

De origine et sed. Franc. in descrip. Germ. Vbrinsq.

* idque eã roe quod Syrambrorum sedes ea parua vel ab alijs occupatas deinde transierint nã in Gallias translatos Syrambros aut. Tacit. et Suet. in vita Probi scripsit.

vltra

panegyr. Maximin. dicto

in Maximiani Genethliaco.

Lib. 9. in Diocles. Lib. 27. hist.

Oratione de laud. Constan. imp.

Panegyr. constantino dicto

Libro. 31.

in Amib. Constante et constantio

Vltrà ipsum oceanum æstu furoris erecta, Hispaniarum oras armis infestas habebat. aliud item Orator: Britanniam a Francis occupatam, quod non nisi nauibus fieri potuit, refert. Mamertinus quoque, de bellis Francorum pyratis, et etiam Euhopius, Saxonas et Francos Belgicum et Armoricum mare infestasse scribit, cui ascribit Ammian. Marcellinus. Sic igitur Lois Franci, primas occupantes munsantesq. regiones Batauos, et reliquos inter ostia Rheni habitantes populos inuaserunt, testes supra iam citati autores; Bataniā a Francis purgauit Maximinianus, item Constantius. diuersi panegyricorum autores. Multa milia Francorum qui Bataniā aliasq. eis Rhenum terras inuaserant, interfecit, depulit, abduxit. Testatur id Eumenius: Aut inquit sub dextera tua Domine Constanti Bataniam Britanniamq. squallidum caput siluis ac fluctibus exerentem, recolant. &c. Mox tamen Constantino imperante Bataniam virimasq. terras iterum occuparunt, sed depulsi ab imp. Constantino, duobus eorum regibus bestiis obiectis Asdraco et Gaiso. Hinc plures Francorum reges fuisse ante Pharamundum patet; meminerunt etiam plurimorum Regum sed sine nomine qui Bataniam occupauerunt; Marcellinus quoq. Mallobaudis Francorum regis nomen sub Valente imp. ad posteros transmisit. Sed ad institutum reuertar. Franci quam diu sæpe Bataniâ depulsi a Romanis, multis magnisque cladibus affecti, nihilominus paululum instauratis viribus amissa repetere non desitêre, et etiam interiora Galliæ occupare, quare Rom. Imper. coacti societatem cum eis in iêre, attributâ agri Gallici Belgicæ parte, et multis in præsidium eorum demum Francorum Gentes usi sunt, ut contra Cattos Marcomannos, Quados aliasq. gentes. Marcellinus præterea autor est, Constantium, Malarichum Francum apud se habuisse, et Mallobaudem tribunum palatij fuisse, Siluanum vero præpositis militiæ rectorem in Gallijs; hinc patet Bonitus strenuus vir et fortis animi, clarus exemplis nobilissimis, cuius maximè auxilio Constantius Licinium vicit. Fuit et Laniogaisus Tribunus Francus, cuius Aurelius Victor Gaisonis nouæ tantum, meminit. Atqui sub Constantino et sub filio Constantio, fortium factorum gloria maximè floruerunt Franci, eorumq. viribus præcipuis Gallias defenderunt Romani; licet obstacula ipsam præciderint. Porro, Francici nominis gloria Batauorum præcipuè extinxit. Nam Franci cum Batauorum terrâ virtutem etiam genitâ possessionis sedem iure adepti sunt.

Batauor.

Batauorum insula, iam a Francis vt dixi subacta, aliorum populorum inundationibus perpessa est, vt Vuitorum, Nortmannorum, Danorum. Wilti Sclauinorum populi, quos Hollandiae annales Wiltos et Sclauos appellant, eo tempore, quo Sarraceni Mahometi sectam assumentes Asiam, inuaserunt, Galliam Germaniamque inuaserunt, circa annum Christianum DCC, simulq. Batauiam occupauere, et Barbarie vastauere, et quaedam vt volunt monumenta passim reliquere. post tentum amplius annos a Nortmannis (quos Danicae populos aut partem putat Rhenanus) vastatis penè omnibus virisque, depraedata est; et pars Batauiae, vel tum, vel circa illa tempora Hollandia dicta est, tanquam colonia Daniae Hollandiae, et ad memoriam patriae cognimentum desiderij; Batauorum n. iam et virtus et nomen interierat, vt tanquam praeda occupantium exposita tam nobilis olim insula. Caeterum quae de Hollandia mihi dicenda putaui, in aliorum horum recessio, et me patriae iam mine sisto, ne nimium in alienas laudes, proprias et patriae meae dotes, nec ingratus videar.

Cæsum Germ lib. 1.

Batauj cap. ii

DE TRAIECTO BATAVORVM. CAP. IV.

Variae de nomine huius vrbis aut origine opiniones, disceptationes, quarum maior pars mihi displicuit, mansit conjecturarum magis, et ficti titulis vanitas. Amalos ferunt tempore Neronis caesaris, qui omnes senatorij ordinis viros secum quibusdam Imperatoribus vbique Roma pulsum, in his loci hujus Traiectum, ad ripam Rheni consedisse, atque suo nomine Antonianam condidisse; fidem haec merebuntur si aliquo constarent autore, sed me illi qui eo in his locis gestas post Neronem descripserunt inter quos praecipuus Tacitus, nec qui posteriorum imperatorum, aut vsquam descriptionum addidere, quicquam meminerunt, cum Tacito nō innominata Albiana, Batauodurum, Grinos, Vada, &c. Alia item de Antonia coniectura, qui sint nomen ab Antonium primum Senatorem et legatum Vespasiani, cl. emuli amicitia iunctu, quem senatoria dignitate exutum a Nerone, falsis damnatum criminibus inde restitutum ordini et loco memorat Tacitus, ad quem procul dubio annales nostri respexisse videntur: Aut ad M. Antonium tum Cas. legatum, quando Galliam Belgicam subegit, quorum alterutri in Batauia tum Rom. socia, praesidiarium castellum Rheni superciliis impositum condiderit ubi in tyberim miles effluit; verisimilia haec quidem essent.

nec

nec quicquam de veritate dubitandum, si quisquam antiquorum vel artis, vel oppidi sui nominis apud Batauos mentionem faciat. Alij ad Antoninum Pium Imp. nomen referunt, conditorem alij, instauratorem alij faciunt, sed leuitate tantum & fama inducti sumo; nostro ph ex numismatibus argenteis erutis in agro Traiectensi inuentis, effigie & inscriptione Antonini signatis, nomini primus apud imperitos ortus. Vetera castra qui hut transponunt nec loci situm, nec autoris sensum satis assequuti mihi videntur, quotum nouo studio iandiu ob obturauit. Ulpij etia Traiani affectatum nomen; Vultaburgi tamen magis auribus meis applaudit denominatio, gentis vocabulo vernaculo. Hac nempe in nominibus verbium torquendis, in vestigandis, duo obseruanda putaui, tempus inditi nominis, et gentis; nec n. verisimile, Hollandum vel Vultum vel Germanum Graeco aut Latino verbulo, forsan ignoto, alicui rei ac praecipue oppido indere nomen, velle; vti cesij apud Ammianum a Rhenano in theatrum non sine planso deducti, vanum ex corrupto vocabulo. aut potius vocabulorum notis V. TRICESIMA nempe Legionis. Credit autem Iunius (at omnibus coniecturis suam addat explicationem) ex his notis V. TRIC. nomen vtrec potuisse produci quam opinionem ego olim epistola quadam ad Candissimum virum Io. Stefanum de Witt improbam, at minus verisimilem. Explosi, quae n. dementia ex notis mortis nec intellectis, in cuiusdam postea rondeele iam rimatis inuentis, nomen imponere; nec me mouet Rustitani vulgi inditum, in explicando vocabulo dimidiato vocabulo, ab Antoninis nuper productum; aliud n. est literarum notas ab imperita plebe explicare, ingenio illudere, aliud oppido iam condito vel condendo nomen imponere, quod non fit a paucis, nec ab imperita vulgi fere. Ego Traiectum Batauorum oppidum ad dextram ripam Rheni a Francis excitis et subingatis Barbaris, vultus, Normannis, Danis, Auspitijs Dagoberti Clotarij filij conditum; vel in ruinis Vultaburgi vel saltem prope, qui dicta vulti burgis in antiquis Romanorum castrorum ruinis (vicinis) conditis. Ruinae etiamnum extant certissimae Romanae antiquitatis, tam supra quam infra vrbem, iuxta ripa vicinis Rheni, sunt rollesp, manet Burgi nomen, vndeca

Lapidum

lapidum exstant, inueniuntur Denarium populorum diuersorum fragmenta, nummi etiam aerei, argentei, Neronis, Antonorum, Geneti, inueniuntur Ego candidissimus mihi popularis Ja. Stefanus de Zwitt Lapidem, his literis signatum [GER INF.] Testantur Panagyristæ, ad limitem Batauæ per interualla disposita castella, astipulatur Marcellinus. hist. l. XVIII plin: hujus libro. in fin

Vbi nomen a conditoribus inditum Vuestrecht; tum ibi Traiectus ac Telonium, ubi pro vectura et meritibus, pecunia et tributum pendebatur; idem n. denotat Vuestrecht quod Vltraiectum, videtur n. Latinè ita redditum vtrag. n. bona Eulo in monumentis tam publicis, quam priuatis, olim et nunc vtuntur, quamquam Germanicum contractius more Germanico vsitato, prædicant Vtrecht; Traiecti tamen nomen antiquius videtur, ex Itinerario illo quod Antonino ascribit, sed falsò, nam longè post Constantinum. id editum mihi nit n. Constantinopolis et aliorum vrbium oppidorum; nec tanta mihi authoritatis est, vt Traiectum in formam vnitatis ab alijs quam a Francis, exisse ac propagatis primùm vultis Scalanorum in Batauia reliquijs, conditum, patriaq. linguâ vocatum credam; potuit et ab externis hominibus Romanis, Britannisq: nauigantibus Traiecti nomine appellari, tum diuersorum sub pomœria tro inuectis, quod et in Belgia hodie vsurpari videmus; Insulam Galliæ Flandriæ vrbem, nos Lisle. vel corrupto Lysle Galli Lille appellant, sic et in alijs vsu venire videmus. Sunt Qui Traiectu ad Mosam, et rivos a nomen nostra vrbi dedisse putant; neq; quæ, nam dubito quenam antiquior, harum illa. Sed iam tempus vt ex obscuro hoc me Labyrintho, et ex tenebris tam densis in aliquam lucem me retripiam, quo n. antiquiora, hoc fabulosiora plerag; esse solent, nec quisquam in hoc genere scribendi omnibus satisfecit, recte ergo nec mihi; quo progredior altiores obscuriores et densiores aduersum me videmus tenebras. Mutantur nomina, variantur fluuiorum cursus, tanto tempore, et exigua lucis ab historijs, et sæpe nulla, animi tamen humani tam inexhausta et insatiabilis occultarum perscrutandi cupiditas, vt nunquam sui desiderij finem inueniat aut dixerim; sed mentis quadam latitudine Etiam Iuditij sui infirmorum lapsus ampliectatur: Dyonisius vt habent patriæ annales Willebrodum Anglisaxonem consentiente Sergio primo PP. præsulem Traiectensem

in Antiquis monumentis Traiect. forè legitur.

tenſem conſtituit, vt inde(m) populum cultor, Danor, pbri
ſior, ad Chriſtum conuerterit, Anno chriſtiano DC XCVI. qui ibi
templum S Cruris, parumq; in eo lauandis mitiandisq. paro
Baptiſmate Chriſtianis, dorum diuauit; ar deinde templu
D. Thomae collapſum, et a Friſijs daſtatum (Drat illud a
Dagaberto Francorum rege diu nouis ſecundo Anno DC XLII con
ditum) in D. Martini Turonenſis piam memoria, ſede
pontificia amplissimoq. Canonicorum collegio hactenus
clarum rexit 739. Obijt anno DCC XXXVI inter D. relatus, cu
ius festus dies celebratur 7. idus Septemb. huic Sequitur Bon
facius Anglus, iamanto dictus Wimfridus, etiam Moguntin
ensis Epus, a Friſijs propter religionem occisus DCC LII anno
a Chriſto nato; ſepultus Fuldae et inter Divos relatus.

A Canibicio conſecra
tum vt amicius.

739

III. D. Gregorius — Germanus N. — obijt anno DCC LXXXIII. — Sepult in Sal Tr.
IV Adelbricus — Anglisaxo — ob. 794. kal 12 Sept. — Sep. in Sal. Tra.
V Theodardus — Rex ius — ob. 800 — Sep. in Sezu. Tr.
VI HArmacardus — Friſius — ob. 827 — Sep. in Sezu. Tra.
VII Ricofridus — Friſius — ob. 836 — Sep. ſecundo Tr.
VIII D Fredericus — Friſius N — ob. occiſ. 838 — Sep. in Sezuatore
IX Albericus — Friſius N — ob. 845 — Sep. in Sez. Tra.
X Lugerus — Friſius — ob. 856. 19 kal maij — Sep. ſeruat. Tr.
XI Hungerus — Friſius — ob. 866. 11 kal jan. —
XII Odibaldus — Friſius — ob 900. 4 id Decem — Sep. in Seruat.
XIII EGiboldus — Friſius — ob. 901 7. kal. Oct — Sep. ad Seruato.
XIV. D. Ratibodus. Friſius R — ob. 917. 3 kal. Dec. — in Daventria ~~in Martiniano~~
XV. Baldericus. — Clinius C. — ob. 977. 6 id jan. — in Martiniano.
XVI. Volcmarus. — Friſius — ob. 990 3 id. Decem. — in Seruatoris
XVII. Balduinus I Hollandus C — ob 994. 6 id Maij. — incertum.
XVIII. Anfridus. — Hoye Regul. — Ob. 1008 — — in monte Amerfort.
XIX. Adelboldus. — Friſius N. — ob. 1027. kal Dec. — in Martiniano
XX. Bezmulphus. — Traiectinus — Ob. 1054. — Ap. D. Petrum.
XXI Guilhelmus — Geldrus N. — ob. 1075. 5. kal Maij — in Martiniano.
XXII Conradus — Sueuus N. — ob. 1099 — — in Tem. D. Mari.
XXIII Burchardus — — ob. 1112. 15 kal. jun. — in Martiniano
XXIV. Godebaldus — Friſius — Ob. 1128. — — in Oostbroeck.
XXV Andreas — Caiquenſis C. — ob 1138. 9 kal jul. — in Martinian.
XXVI Herebertus Rezon. Friſius N. — ob. 1150. 3. Non Nou. — in Martiniano
XXVII Hermannus — Hornius N. — Ob. 1156. 6 kal. Apr. — in Martinian.
XXVIII Godefridus, — Rhenenſis Dom. — ob. 1178. 6 kal jun. — in Martin.
XXIX Balduinus II — Hollandus C. — ob 1196. 8. kal. Maij — in Martinian.
XXX. Arnoldus I — Iſenburgius N. — ob. 1198. 8. id April. — Rhomae.
XXXI Theodoricus I. Hollandus. C. — ob 1198 — — Patauij.

XXXII. Theo.

XXXII	Theodoricus II.	Arensis N.	ob. 1210	Sep. in Martin.
XXXIII	Otho I	Geldrus C.	ob. 1213. 7 Id. Apr.	Sep. in Martin
XXXIV	Otho II	Lippiamus C.	ob. 1227. Kal. Aug.	In Martiman.
XXXV	Vilibrandus	Oldenburgius C.	ob 1233. 7 Kal Aug.	In monast. Sexuat.
XXXVI	Otho III.	Hollandus C.	ob. 1249. Non. Apr.	In Martimano
XXXVII	Gosuinus	Amstelius N.	post bremium depositus.	
XXXVIII	Henricus I.	Vianus N.	ob. 1267. 4. Non. Jun.	In Martiniano.
XXXIX	Ioannes I.	Nassouius C.	Remotus post vigesimu annum.	
XL	Ioannes II Theodericus	Lotharingus N.	Post annos 9. Tullensis eps factus.	
XLI	Guillielmus II.	Bertoldus Mechlin. N.	ob. 1301. 4 non. Jul.	In Martimano
XLII	Guido	Auenensis C.	ob 1317. 4 Kal. Jul	In Martimano
XLIII	Fredericus II.	Zyricius N.	ob 1322. 13 Kal. Aug.	In Martimano
XLIV	Iacobus	Osthornius	ob 1323. 12. Kal. Oct.	In Martimano
XLV	Ioannes III.	Diestensis	ob. 1341. Kal. Jun.	In Martim
XLVI	Nicolaus de Capuis	Romanus N.	Cardinalis postea resignauit	
XLVII	Ioannes IIII	Arquelius N.	ob. 1378. Kal Jul.	Eps Leod. In Martin
XLVIII	Ioannes V	Vepnenburgius C.	O. 1371.	In Martimano
XLIX	Arnoldus II	Hornius N.	ob. 1378. hoc anno Leodiens. eps Factg.	
L	Florentius	Venelicomius	ob. 1393. prid non Apr.	In Martim.
LI	Fredericus III	Blanckenhemius	C. O. 1423.	In Martimano
LII	Suederus	Culemburgius	D. remouetur.	
LIII	Rodulphus	Diepenholtius	C. ob. 1455. 9 Kal. April.	In Martima.
LIV	Gisbertus	Brederodius	Bar. resignauit coactus	
LV	Dauid	Burgundus	ob. 1496.	Batauoduri
LVI	Fredericus III.	Badensis Marc.	cessit philippo post 20 annos	
LVII	Philippus	Burgundus	ob. 1524.	Batauoduri
LVIII	Henricus II.	Barcarus D.	Voltimus, Carolo V vendidit secul. fuis.	
LIX	Guilielmus III	Enckevorst Brabat.	Card. S. Ioan. et Pauli. ob. 1534. Romæ.	
LX	Georgius	Egmontanus C.	ob. 1559. 5 Kal. Oct. in Mon. D. Agnetis	
LXI	Fredericus V.	Scenckius. N. a Tautenburg.	Vltimus ob. 1580.	

Iam post Antistitum Catalogum, ad urbis descriptionem perueniamus; at vt a primis initiabulis, ad hanc diuis ætatem paulatim ascendamus, sciendum erit, minorem fuisse multò ab initio, ac debiliorem, sapiusq. a Frisiis, Danis, Nortmannis, vastatam, adeò vt vix e ruinis raptim vrigere tandem licuerit. Nam Nortmannorum rabies incendio corrupit omnia. Sexum ferro absumpsit, tempore Alfridi præsulis vt fimus, bell Hungari vt annalibus, idq. post aliquod vastationis restauratam; rui ralamitati vt maderetur, Daventria vt Tiela cum Dominij Carolus Imp. honorarij loco præsulibus contulit, quod propter crebrorum urbis Episcopalis sedes Daventriam ab Hungaro translata fuerat, quam inde retraxit ad pristinos lares Baldericus, qui veridinam urbem posuit muro fossaq. adiectis, quæ A diuersis deinde episcopis, pro conditione temporum aucta, & restaurata, in hanc quam videre forma

CIVIT

CIVITATIS VLTRAIECTENSIS OLIM ARCHIEPISCOPATV NOBILIS SECVNDVM HODIERNVM SITVM NOVA ET VERA DELINEATIO Aº XPIAº ∞ IↃ XC

A Porta Caterinana
B Reliquiæ arcis pacis
C Novum monumentum terreum
D Turris Ferrazia

E templum Teutonicorum equitum
F orphani olim cani regulares
G Turris securitenens

templum Iacobeum
TEMPLVM LEONARDI
suburbium insulense
TEMPLVM PETRI
Basilica S.
Senatus prouc.
TEMPLVM MARTINIANVM
Le DOM
templum ciuile
TEMPLVM MARIANVM
templum paulinum
templum caterinianum
templum Gertrudis
templum sancti
templum Gertrudis
E F
F G
Marsburg

Religiose femin
zij monasterium

Apes parietibus

Hic olim domicilium
equitum Teutonicorum
et deinde oratorium
D Annæ

Monasterium
Frobi

fy longitudinis Iuxta Rhemi cursum ad septentrionem ultra
M. passus extenditur. Latitudo minor, nec cccc gredit
passus, ubi maior; Moenia, aggeres minimenta, thor pre-
sertim bellico et calamitoso seculo habet non contemnenda
fossa ad orientalem partem versus agrum Petri Viri, mi-
rum profunda, ob arenae lubricae eruptionem; altior n. ibi agri
Trauctinus et siccior. | Portas habet quatuor, ad Solis ortum
Albanam, a Virginum propinquo rochkio appellatam; ad me-
ridiem Telonariam, ubi Rhemus urbem influit, sed nomine tantum
Rhemus; Ad occidentem Catariniam, in proximo n. olim Catarinae
monasterium, do lori, ubi Carolus v Imp. arcem edificauit Vrede
Burgum, quod deinde ad Fossam nouam contra Brigidarum re-
nouatum transtatum; Ad Septentrionem Hospitalem. Portae
Albanae —— insculptum epigramma, vel potius insignium
Caroli v. Imperatoris emblema, quo, Cum autoritas por-
tam iam ruinosam renouandi fuisset, constare potuit,
inter hanc et Telonariam, cum muri essent debiliores, et anti-
quitate ruinam minarentur, moenia vallis aggeribusq. muni-
tissimis firmata sunt. Meo quoq. tempore ante xl fere an-
nos, duo turrita propugnacula ibi multis ruinum, labor-
et sumptibus, impulsore et consultore Ot Fewbatur, Aura-
no Principe, erecta fuere, multorum tamen Iuditio im-
probata ob magnitudinem, et quod nisi magno praesidio
tenueri non possent. Ante aliquot annos, cum aggeres
in Gallico muro prope Hieronymiana Padagogiam, ruinae
minitarentur, Petrum Nimium deuterunt, Terramq. aggeribus latis-
simum pulcris arboribus iamdiu consitum, terrae lim-
bo confirmauerunt. posthac aliud occurrit minimentum tri-
angulare, ex rudo lapide firmissimum, nam praeter muros
circa 6. pedum latos pyramidatim assurgentes, et aggeres
terreos, in inferiori parte ruinae sunt, tutissima confugia
et ex quibus irrumpentes hostem magnima clade afficere
defendentium minimo damno queunt. huic Solis imdita
nomen. ibiq. ex uno lapide solis effigiem, et epigramma, quod
Macropedius ed. voluit, tale:

ARX SOLIS DICOR, FLAGRANS FVLGORE CORVSCO, 1546.
DVRA SILEX HOSTI, IVTA MEIS STATIO.

Et patria Lingua haec: Sonnenburch is mijnen naem. Ann. XLII was
ick volmaeckt tegen den vianden aldus bequaem.

Inde ad Turrim et Craterem Sernatianam, vallis olim aut aggeres ruinam. A° 1516.
me puero facta, multo at parum utili aut firmo labore
quare opus illud ridiculo nomine Dorlochyrose; quod sumptus dictum
impensi minus utiles, pro perditis habentur, nam aliquoti
et

Ab post ex infirmo fundamento ruinab vidimus. Hinc sequitz porta Telonaria, pulcro opere renouata, auspitijs Caroli v. Imp. ad formam munimenti Solis, ab utroq. latere iunctum, firmatumq. munimentis, Lunæ versus priuatch cum Lunæ effigie, et distycho:

ARX DICOR LUNÆ, MAGNI SOROR INCLYTA PHOEBI
1559 SÆVA ET TRUX HOSTI, CIVIBUS INNOCUA

Ad Occidentem Fortis, cum armato ex Lapide duro viro, sub quo notatum Epigrammate: martis quoq: nomen habet.

HIC BELLI DEUS ATQUE FEROX DUX PRÆSIDET, HOSTIS
1556 CUR ULTRA DURO PRÆLIA MARTE CIES?

Ad mœnia, infra muros, turris est exelsa et rotunda, speculationi accommoda, Securitenam vocant, et vulgo Wachtbeerch eorum. ibidem vestigia veteris portæ ex murorum apparent. Alterius Dunum propugnaculum terretum, similis ijs, quorum iam meminimus, eodemq. fere tempore factum; eminet, ut de Castrum pari; Sed prius describenda turris quæ est media inter Telonariam et Catarinianam, de Ferratia dicatur non debita prioribus temporibus; quo nondum Teutonicorum prodierant fulmina, munimentum; portarum obstructarum apparet ibi facies, nisi ex ibi olim exitus fuerit, platea certe quæ hinc imminet ampla et longa non improprie, hæc ibi inscriptio:

ANNO DNI M° C°
XLV° Regis Conradi
VII EPI Herebertvi
factum est hoc opus
a Prefecto Alferdo
ad munimen suorum
ciuium et ad
honorem ciuitatis
Traiectensis amen.

1145.

Loco Teremondanus olim Castri Tr. gubernator ob: a° 1536 Breda sep. Epitaph. ap. Sweert fol. 356. 4th.

et paulo infra cum insignijs Carol. V. Imp.

ATque iterum Caroli renouatum tempore Quinti
Exteremundani placito, qui prefuit urbi
Sesquimilleno subscriptis vn triginta.

1529

Murus hic firmissimus idem: antiquissimus, ex Topiario vel pumice lapide, quem nostrates duffsteen quasi duffsteen dicunt. hinc rectissimum portæ Catarinianæ. Castrum parisWredenburg populari lingua appellatum, quam Carolus Imp Austriacus, dominus Trajectensium, quo iure quæ iniuria esset tum, ut ciuium contradicq. rationem habeat, vel, ut liber-

tati

tati assultos in offirio rontinerut; anno Christiano ꝯ ɔ xxviii
Extrin truxanit. Castrum illud fortissimum pulcherrimumq.
cui quia sequitur forma; opere non dissimili a Solis Lunæ
monumentis, sed firmiori; fosse erant extremq. profunditatis, adeo ut etiamnum sex implentur. Quid plura fremum
erat rivium negotiorum libertatem desptam fremitium. In hoc præsidium perpetuum constituit idem imperator, ab Hollandis et fortur alendum; Quibus iam securitas
non parua acquisita. Quicquid minus mitio Hollandri tu
multus post Gandauensem pacem, quum præsidium quod
erat Hispanicum, ex conditione nollet discedere, plurimis
damnis vinitatem afficeret; obsessum, oppugnatum
et coactis ad deditionem Hispanis, tanquam tyrannidis
præsidium, et omnium libertatis Traiectinæ obstaculum
magna vicinorum alacritate succisum et a fundamentis diru
tum est, et infra suo loco dicemus. relicta tamen Sextorii
parte, ad urbis propugnaculum hoc quoq. fuit epi
gramate notatum:

ARX DICOR PACIS A QVINTO CONDITA CARLO. 1529.
STATIO GRATA BONIS, SED FERREA VIRGA MALIGNIS.



Memoriæ tra
ditum inueni,
arcem hanc
ex lapidibus
canobii Vreen
dael, cuius ex
tant reliquiæ
via Albana supra
Hierocominum, et
arcis ruinosæ
ad Vechtam
fl. Vrelant cō
structam, ar
dæ nomines
etymon profiu
isse, Fossæ ta
nus extant ad
hunc diem,
profundissimæ
fuerint, adeo
ut post quin
decim annos
mundum reposu
erit, pars supfuit.

Nos quoquè in Freburgum tali lusimus ante annos nonum Epi
gramma

grammate. Arx PACIS dicor, Lassis ego ciuibus vrbem
Defendi, et PACIS plurima causa fui;
Et per me rursus sunt passi incommoda ciues
Causaq. sic belli, causaq. Pacis eram.

c° 1626 vetera Aug. ffbella nona porta
Sp Lagnda Vrbis magnifica nobilis & sumptuosa.

Proxima est Porta Caterniana, quae nouum opus postulabat, penè ruinam aliquotiès veriti. hinc fossae altiores, nam hîc ager depressior versus Hollandiam, muri et turres vsq. ad Hospitalem portam vberiores, facti sed restaurati, vbi habet inscriptio anno a Christo nato. qo io XLI, oruerit priùs Turris pulueraria, in qua pului tormentarius perpetuo conficitur: Hinc turris Caballina, equus ibi, cum Epigrammate:

Versus hi plerique a Matthaeo Dach, pro singulis vero districtis ipsi vt sexhis numerandis Hal. Imp.

Ex hac sede ferox duro sessore Caballus
1542. Procedet, muros hostis adire cane.

Ad occidentalem Hospitalis portam latius munimentum est Stellae, tribus iamdictis Solis Lunae, et Fortis, similimum, insigne hîc Stella, cum Epigrammate:

Matutina vocor stella, hostibus insto cruentis,
Vrbis, et exorto Luce nitente latus

Hospitalis porta, quae Amstelodamensis a plurimis vocatur, et suburbium habet muris portisq. munitum, hâc inscriptione auctis ritusq. sed fugientibus, et plurimis deletis, notatur;

AETERNITATI
D. CAROLO V. ROM. IMP. AVG. PP. CVIVS AVSPICIIS CONCORDIA IN
VRBEM REDVCTA. EST, ANTEACTORVMQ. OBLIVIO INSTITVTA. S.P.Q.IR.

In Murum

Intra Hospitalem portam et Albam duo etiam extra muros terrea monumenta et propugnacula, diuersa cum tribus supradictis forma, magnitudinibusq. ac eodem tempore effecta; Suntq. ibi aliquot turres bl. propugnaculi [olim facta, suisq. notata Emblematibus]. Caprasia rapro insignita est, et hoc carmine;

1537. Hostis si quaeris rigidos euertere muros,
Occurrere Capro dorsum ferit ille cauendo

Ab Albara ad turrim 2 q cineta ē terreo monum.

Si lupus immoto non parcit subdolus Agno, Nec tibi parcet ab his Marubq hostis abi
retro Westerum ades

Versus in his fossis plantas fugit, caue tangas
Mania, sed procul hinc praecipitato gradus.
iuxta versus Insulanam

Vt leo supplicibus stratis mitescere fertur,
Sic etiam obstantes sibi fortiter vsque ferocit
Domus angularis huic terrae solimitam iuxta Axem ad Hoolhorst
dicta edificata a° M cccc xxiii. huiq: hanc inscriptionem in frontis
Stet domus haec donec fluctus formica marinos
Ebibat, et totum testudo perambulet orbem.

Est mole celsa admodum turribus obtusa vorata, vulgo plompyr-
todon, vbi secundus fluuius qui fossa noua diritur, tuntatis
egreditur, & paulo post veteris se ronungit flue. Sunt
hr domus, horti non mamoni suppretorio habitatoni dudu
dostmati. sequitur turris Vulpina hor distrigo notata:

Angulo in hoc sese ponens percallida vulpes,
Ne pateat insidias hostis vtrimq. cauet.

Proxima portæ Albanæ canis habet simbolum, Depingamq
Dixo potui ligere, est autem tale quantu oculis ossis potui:

Pergit his abigens duros latratibus hostem
Membris assilit: cedere praetat abi

Hac ruinatis Tranectina magnitudo, portæ, mœnia, turres,
et propugnacula, in circuitu: ad reliquam quid destructionis
procedimus: Templa habet Canonicorum Collegio dotata
V. Summum templum D. Martino Turonensi olim Episcopo sa
crum, Domum vocant peculiari Germanorum more (de quo
vocabulo Beranus in Hermathena multus, sed a me alleg.
in ruinis primum (vt dixi) templi D. Thomæ extructum, quod
demolitum, post reditum in vrbem Baldericus Clunia mag
nificentius redificari iussit, qui et ibi Româ transtulit
corpora Duorum Benigni, Pontiani, Agnetæ. Agnetis mar
tyrium destruxit Aurel. Prudentius, Perstephanon carm. vltimo.

Agnes sepulcrum est Romulea in domo
Fortis puellæ, martyris inclutae: et

Balderici Clun restauratio incidit in annum 988. deinde ab Adelbol
do in maius auctum ea fere qua nunc videtur forma, idq. anno
Christiano ∞ xv; quanquam Henricus Vianius quædam addere
vt superbius augustiusq. reddere anno ∞ cc xxim incepit
tamen præter magnificum ejus ornatus fundamenta et
imperfectas reliquias nos vidimus, mortem morte præuentus
brum, non absimile illo quae in Fano Dionysii, et Abbatia Gisnow
se, verum quae iuxtim exaruere, ut nisi introducta manu
aquâ non fluant, illud exemi et vivo fonte etiamnum
scatebat, licet iampridem Regis mater ad hortorum suorum in

suburba

ſuburbanorum vſum hinc abduxerit, ſtrato aqueductu ſubterra neo, quem ſtruxit vltra ſequanam pontis Clotualdani beneficio fluuio fecit, extructis in vrbe raſtellis quamplurimis, vt ſi eũ pertetur aqueductus facilius reſtitui poſſit. In pontis vero Clotualdani medio huius obeliſci forma recenſetur, pontem hunc rex tempore belli magno præſidio munitum ſeruat, neſi de hoſtis ſimul cum ponte Sarantonio, quæ ſupra paruos ad confluxum ſequanæ et Matronæ, perſtruitur, vrbs Lutetianum inopiã premeretur, cum vectori more quotidiano victui vtant, et ſingulis diebus in vrbem neceſſaria deferant. Hinc iter eſt in reductũ ad Abbatiam Longicampi, fundatam ab Iſabella S. Ludouici germana, vbi et ipſa veſtem induit; mhũ nata de loci, ſepulcrũ partim in choro partim anteriori in templo eſt. Superducto muro qui medium templum ſimul et prædictum ſepulcrum per medium diuidit. Vta vt integra inſcriptio quæ Gothicis literis conſtabat legi non poſſet: eſt ad duos pedes altum, cui ſuperaccet ſimilarũ ex dicto lapide habitũ veſtali Iſabellæ, quod non vna pedum roborũb eſt renouatum, duos hos vtrinſub inferiores vt lege re poteram inſcripſi:

Tam grandis genere permanſit humillima vere,
Rara loquens ore, carni dominata ſeuere.

ſunt.

Pyramidis obeliſci Clotoaldani

Pontis delineatio

sunt preterea tres tumuli marmorei, omnib vulgo fertur primi comitis Artesiæ, alij duo puerorum prætextorum videntur tumbas regalis Lilijs consitas induti sunt qd signum est ex prole regiâ esse, carent tamen omnib insignibus. in proximo pariete depicta s Ludouici soror tumba sororis, subsequentibus quatuor deinceps virginum vestalium simulachris, ad quæ hæc adscripta: Ieame fille du Roy de Nauerre, Magdaleine de Bretagne, Ieame et Marguerite filles du Godefroy de Breban. Mad. Blanche fille du Roy de Fraice.

Non procul a Cotuatiano in monte habitat quidam Eremita qui nunquam tubiculum suum exire dicitur, habet autem soror vitæ eremitanæ spectatorem, hic ex urbe elemosinas cantat affert, et rerum occisitas nec tam occultæ luxuriantur si boni patres quia vulgo essent audire minime reperint.

a stylo Traiectino, in urbe nostrâ imperatus post vespertinis pulsu Telonariæ, et reliquiæ Xenodorhij d. Iusti quod sine in suburbano Catarinano repertus dicuntur sunt, Lazarique rum ijd quæ ex tripla Martiniana m. per alias publica opera consumpti.

hoc mense edictum Regiu Lutetiæ publicatu quo bonis regnis subditi iubentur religione cathol: Romana amplecti

In templo Cælestinorum in charta pergamena hæc insignia depicta erant Iosephi comitis montismaioris dni de Cesty et Stelly Philiberti Emanuelis legati subaudia ad regē Francorum Carolum IX; qui obyt anno d ⁊ LXX. VII Nouemb. ætatis suæ XXXVIII.

AVGVSTVS

Augustus redijt, nunc alter volvitur annus
Ex patriâ quo me Gallica terra tenet.

Cohabitabant mihi Clementius et Iohannes fratres Vesperij, qui tum semper mediocriter vixerunt, adversa plerumque tamen tacte vitabantur, quod et olim plutarchus optime novit, tum quia meminerit Lib. quo præcepta dat ruris. oeconomicæ, et vulgari paræmia nihil ne is vivere putetur qui medijocriter.

VII. Iudini disputationes Mathematicas M. Bressi et Amioti professione Lectione Mathesios ex testamento p. Rami institutâ, in collegio cambrarensi, stipendio annuo 500 aureorum; sed nimis illa magnia feruida ad virgia, quam moderatas doctasq disceptationes promptiora.

x Diuo Laurentio girovagus fere, numinem tum minorem Lutetiæ extra portam D Martini, ubi in sacello Laurentiano ostendebatur nescio quid Laurentij, et Virginis Apollonæ

XII cum Carrione ad videndum raptum Montfaucium secundo ab urbe lapide iuimus, quod impensis et cura Caroli Lotharingi Cardinalis ad Sanctorum redactum est, nunc in bonis Gallorum: structura ubique antiquitatis Romanorum æmu

Latur

latur, sed nondum summa manus imposita. Hortus pulcherrimus, variis herbarum et florum generibus exultus porrae in formam insignium Lotaringicorum formatae, floribus rolorum expriebat, vbi erat Musaei opere festivo et elaborato. quale describit propertius: Lib. III. el. III.

Hic erat affixis viridis spelunca lapillis
Pendebantq: cauis tympana pumicibus.

vulgo satis propriè Grotam i. spelunçam vocabant, duxisse omnem in eo ornando consumptam industriam; vidimus praeterea pauca marmorea et talium topiario opere, antiquissimas ex marmore statuas Roma aduectas, nempe Europae raptentis magnitudine hominis inuentis, cuspidemque magnitudinis Dianae venatricis cum canis venatico, quibusdam in locis restauratae; hinc veneris cypriacique ex pario marmore, cum duarum veterum formae minori manibus conchas marinas tenentium; vel quod originem eo monstrarent secundum hoc dictum: Ausonius in Epigr.

Orta salo, suscepta solo, patre edita caelo
Aeneadum genetrix hic habito alma Venus.

Vbi qd. concha genitalem muliebris membri vim veteres significarint; vnde plautus; Rudente.

Te ex conchâ natam esse autumant, caue tu harum conchas spernas.

Erant hic occulti fistulae, qui vndique aquam limpidissimam ex midijs spargerent, et praecipue qui in pauimento nil tale expectantes saepe feminas ex imo conspargerent: hic oculis aliquantu recreatis varietatibus, pergimus ad ipsum rastri aditum, vt varioza lustraremus; Erat aula imprimis splendida nobili pictura, quarum hic erat summa, expressis vbique ad vnum imaginibus: Lotareni variae legationes; ad Imp. Caes. Carolum V: ad Pont. Maxx. Pium V, et Gregorium XIII: ad Philippum Catol. hyspaniarū regem; Ad venetos: ipsius in collegium purpureum adoptio. Henrici II coronatio. Conuentus Pontificiorum Tridentinus. colloquium Plessiacū. Francisci II cum regina Scotor: nuptiae. Hinc ad alias cubiculi transimus, marmoreis statuis antiquis refertum, spectabantur ibi Bacchi statua ad vnius hominis magnitudinem vinctam summis digitis tergentis, vnum propè modum opus: Alexandri Magni, Mercurij cum talaribus radiato et trunca: Bacchi altera minor draconem domitam manibus et clypeo opprimentis; Palladis hastatae galeataeq.; Perseus cum capite medusaeo in clypeo; Cleopatrae sed rarioris notae, in qua tamen egregiae artis signa apparebant; Cons. quoq. duorum imperatorum. Erant in basibus collocata simulacra VI. Caesarum artis excellentioris ea qua forma in nummis exprimuntur, praeterea othonis, Henrici II. et Guisiae Ducis patris. hinc

Igobba

Legebatur in sumario marmoribus literis aureis Salustiana Sententia: ET PACE ET BELLO CLARVM FIERI LICERE.

Fuldos peregrinationis studiosos cum antea diuersis, hic in hospitio Modoetiato nomen in pariete carbone nigro notatum hoc legi; Iosue Manasses Hierosolimitanus, cum sententiola hebraica.

XIII. non procul via Iacobea est Coenobium Trinitatis Mathurinorum Lunatirorum Ordinis, vestitus fratrum est randibus, cruce rubra rarulisque insignitus. Ordinis huius institutor Innocentius III — qui fertur a Deo monitus vt instituerit fratrum collegium, quibus munus esset Christianos a Turcis raptos in seruitutemq: abactos redimere; in templo isto sepultus est Robertus Gaguinus, qui Cronicam Francorum Gallicum conscripsit; ministez vt dorant huius ordinis. Eius meminit Erasmus Rott: et Polid: Virgilius in henrico VII: de quo praeter epitaphium quod est apud Corozetum, hos carmina ad parietem legi:

Iuste salus hominum meritorum aequissime censor,
Iecubitus ecce tuus pro carnis lege solutus
Dormit, et expectat quo mentem examine vexes.
Peccatis, miserere nec horrida pende flagella
Crimimbus, tua sum factura perennis imago.
Quod facit humanu tellus vocat, accipe tantam
Effigiem Rex magne tuam, quam reddidit hostis.
Tu vitam et mores tu mentis condita noti,
Omnia sunt in spe, tantum miserere Gaguino.

In porticu monasterij simul ac templo ingressus furis ad dextrum, est Francisci Balduini Ictⁱ sepulcrum ad duos pedes elevatum, cum epitaphio, quod est in meis epitaphior. libellis, insignia erant in quatuor lateribus. Nec procul simul legitur Epitaphium Io: de Sacrobosco, Astronomi quidem temporibus sed satis attritus, cuius libellus de Sphaera utilissimus extat. Sunt versus istis temporibus digni, quos ipse reperegisse dicitur, quos vid. in meis Epitaph: quibus sphaera forma adsculpta ramenta.

XI stylo retorti Francisci Marcinus Scenkius, Adolphus Murrarius, alijq nomenclatores ad paulinos mira portenta chrisma de summo altari abstulerunt.

Circa hoc tempus ego primam barbae lanuginem deposui, diuo olim Romanorum moribus consecrari solitam; Testis apud Suetonium Nero, qui numerica cum festa instituit, unde Iuuenalis:

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati.

Et plura ad eam materiam scribuntur in libello de coma impresso Paris: apu. Ioannem Burdegalen: in monte D. Hilarij Aº 79.

XI Kalend Martij parmasi a regio Hispaniarum oratore literis aureis insigne, insigne solemnitas in rostris celebratur.

Antuer

Antorpiam initio Junij mensib cum rege Hyspaniarum post longa obsidionem in gratiam redierunt rectis conditionibus, quae typis expressis leguntur. xxviii. Alexander Farnesius nomine regio urbem magna pompa ingressus est, a mulieribus hor dysticho rogatus:

Virgo legit spicas Antwerpia colla potentis
Principis Hyspani subiecit imperio.

xiv. Insulam ritè vocant lustrantibus, quatuor pontibus, continenti Academiae et urbi unguntur; partim Virginis, murialis, et simulacro, a quo non procul alius lignius, ubi mola quae fluminis ruesu agitantur, unde molendinarius vocatur. Pons parvus ad castrum minus (turris est antiqua quae olim ut bolae porta ipsius fuit) nunc rarior, vulgo pekit repastoret, aedificijs quemadmodum et vergundo rivis utrinque, ut pontem non facile quis diiudicet a reliqua platea, est totus lapideus, quemadmodum Virginis, ubi varia ejus generis merces hac tum tempore Ludovici xii magna ruina multos mortales extinxisset, decurionibus suis diarium praefecti eo nomine quarter a senatu multati sunt, pons inde architecto Juliano veronensi splendidior restauratus, et hor dysticho Jacobi Zanasarij senatus:

Jucundus geminos potuit tibi Sequane pontes
Hunc tu jure potes dicere pontificem.

vide Marot a l'enfer

Ferron. lib. iii

vide Jul. Scal. in poem. fol. 91. vbi Cantabridiam et inde ad Caud. 330.

Pons minimularius lignius est, aedibus tamen quemadmodum reliqui utrinque ornatissimus, quibus habitant Auri et argentifabri Mangones gemmarum exploratores: in ponte aeneo Londinario, cum sit tectus et obscurior, multi furum vendentes gemmas falsas, vitreasque, annulos inauratos, torques, ratemales ex aere deaurato vendunt; subsequuntur aperti mimi lignei, quemadmodum minimularij. Habitat sic in insula Petrus Gondio episcopus parisiensis cvii, a Dionisio et volunt Areopagita, quorum omnium nota in Locusto Legunt vocant quos vulgo Monsieur de Paris. Gondiorum familia Florentina, quae brevi ex infima sorte ad principatus honores pervenit. Pater Alberti Retij comitis uxorem habuit filiam petri Viris mercatoris Lugdunensis prostrata pudicitia feminae; Albertus vero Gondij Florentinus mercator mensem et solum vixit, deinde tempore Bodi Metensis scriba fuit praefecti annonae, et Bomsij Faneratorum cartonarius scriba Lugduni. Laudicius Gondius comes Rhetius equitum Franco-Gallicae praefectus sine magister quem Marescallum vocant, Catarinam Mediceam stupri consuetudine sibi devinxit, ut opes regias, honores magnos, et ratera praemia virtutum vitijs adeptus sit. Uxorem habuit Catarinam Clazemontiam, ex familia de Clary nergy; hujus frater dominus de la tour magister domus regiae.

nostro

nescio an Io: Baptista Gondius cuius sepulcrum splendidum apud fratres Augustinianos; habuit is quoq: fratrem Franciscum et Sororem cognatum Hieronimum, regium & nobilium, q̃ uere rubicularium. Petrus Gondius Episcopus quoq: Laudunensis Dux et par Francogallie. Pares a quibus instituti mercium, quam bis ab Azuro Britanno, qui et Gallia partem subuectum subuexit, quidam dedurant. sunt autem xii, bulgo les douze pards de France, penes quos summa Francogallie potestas, cum regem eligendi. Tres sunt duces; Burgundie, Normanie, Aquitanie; Tres comites: Flandrie Tolose, Campanie; Tres archiepiscopi: Remensis, Laudunensis, et Lingonensis; Tres episcopi, Bellouacus Noviodunensis, et Catalaunensis. Hugo Capetus cum antea Ducum et Comitum dignitates essent temporarie et precarie, perpetuas esse instituit, et patrimonij more ad posteros transmittere literis contexit. Verum et ad Gondios redeam, qui in vtroq: operibus abundantes: publicis operibus privatisq. magnificis, ex tam propinquis sordibus, in altum fortune magis quam virtutis fauore ascendunt; vt populi et principum occulto odio prosequuti, ruine proximiores videntur; sic n. Fortuna instabiles ludos, qua.

Tollit in altum

vide Aeneil. 4. epist. Calent. epist. 113.

vt casu grauior ruant

Nunc ad templum sanctum in Insula d. Virgini Matri sacrum venio, quod a quo et quando fundatum, quaue in sor officia, expiationesq. quoq: magnis muneribus vt Remigij Relaquei, in Corosello est ampliter. Magna est molis sed obscurius, quoq: ibi turres quas nescio quantopere Corosellus laudet, quas recte imperitiam suam ostendat, et in patriam dedicatorium animum, cum mediocres sint crassitudinis, altitudinis nec mediocris; sic ad primum templi ingressum Colossus est D. Christophori, tante molis vt Eras. Rotterodamus merito montem non hominis statuam dixerit; eo n. peruenit humana dementia vt non verba tum etiam in sacris profanas commenti fabulas, quod de Christophoro qui Christum mundi factorem humeris gestauerit, quod mundi summis dominis, quod demonio seruierit, mythologicum est non historicum, Homo namque plus quam gigantea superbia, curiosa indagatione inquietum cor, amnem, mundi suprema quesit, et in fragili gloria felicitatis summum ponit; sic de peruenit vt diabolo seruire magnū putet.

putet; quem si divina gratia illuminet, ut coecum errorem et spiritalem miseriam videat, quaerit Deum, quem primum imbecillis in fidei veritate vix agnoscit, donec maiori illustratus lumine ipsum iam Christum per mare hoc mundanum mille periculis plenum pectore gestet; animo deinceps ut bene seniat, tum demum vero nomine ipsius Christophorus efficitur:

Felix quem Christi traxit de tramite Gallo,
Ut noscat Coeli Christophoros dominum.



In templi pauimento marmoreus est lapis sepulcralis, XVIII ped: rom: longus, ii cum dimidio latus. Fama est quod longitudinibus tuis Canonicum sub eo sepultum, quod vix credibile videtur, nisi quod et ad chori ambulacrum mensura quoq: passus duos notata extet et pedum: pedis longitudo mei pedis unius VI digit: passus vero XIII pedes: quod lapidis inscriptionem addidi.

Legitur in eodem templo ad imum in pauimento Io: Ruelli medici doctissimi Epitaphium quod est in meis Epitaph: lib:

In ambitu chori latere dextro ornatissimo est effigies argentati cuiusdam templi hac Epigrammata vulgari lingua, multis abhinc annis prolata notata:

c'est maistre Jean Raue qui fu Maçon de nre dame de Paris, par l'espace de XXVI ans, et commença ses nouelles histoires. prier pour l'ame de ly. + et mre Jehan le Boutellier son neueu les a parfaits en lan mil CCC LI.

Vidimus hic ad dextrum latus chori capitis simulacrum, obscuro in angulo loco, vorant vulgo pierre coniect. Brunty. hoc fabulantur de petri cometi procuratoribus olim regij, qui cum magnum auri thesaurum malis artibus collegisset, fuit in reum damnatus, et ex eius tabulis complures domus templum chori marmoratum, et deaurarunt Lutetiam cum non vidisse qui Petrum cometum hic vidit, memorant ob iram minima tanta coelis persecutanda.

philippi valesij

Extr: in templi medio philippi valesij statua equestris, ubi appensa tabella legit salice originem exhibitam, de qua vide Hotomann. Gaguinum in Annalib. Polidorum Virg. in Historia Anglicana. et alios.

humb erat omnium caput Tit. 52. De terra Salica nulla portio in mu
lierem transit, sed hanc virilis sexus acquirit. quod ex na
tura feudorum est est lib. 1. de consuetud. feudor. Tit. 1. §. 3. de
sumptum videtur: quod consiliarij in causa Philippi Valesij
contra Eduardum non omiserunt.
Sunt praterea in insula templa D. Magdalena, D. Dionisij ad
carceres, ubi Romanorum turris, in quo D. Dionisius vinctus
et custoditus fertur, manent rari delli ferri, et putens
undecimetis potus dabatur; est et apud Basilicam parla
menti templum Bartholomei, et non procul ponte minori
xenodochium, quod Dei dicatur, tempore Francisci primi co
ditum.
In templo D. Virginis sepultus est Gaufredus filius Henrici ii
Anglorum regis, Britannie dux, Ao M. CLXXXVII. ibidem dicit Eg
farum extare lar, quam vulgi superstitione sacris edict.
XV. Ambulatum inimus ad pagum Genkily, loco amoenissimo
sub dominio episcopi parisiensis. In reditu arcum Victoriam
ruinosam vidimus, videtur ex nove ab Anglorum tempori
bus extare, vulgus spectris infamem dicit: meminit hu
ius Froyard: dicity: Henricum comitem d'Erby fil. ducis Lancastri
et inde Anglorum regem, illic habitasse.
Eodem quoq die cum Carrione P Melissum invisi, poetarum
Germanicorum verum mel, qui iam epochmatibus puerilem sub
pralo subobat, dedicatam Anglorum Regine, et inde An
glium rogitabat: statim XLVI annorum erat, utpote qui
Ao cIↃ IↃ XXXIX natus.
XVII. de urbe Antuerpiensi parmensi nove digno dicenda
actum, et — ad parmensem Legati ex urbe missi sint
principes Maximinus Althanius consul externus, Wilhelmus
Macrodius Dufflerus, Joannes Sigonius equites, strabmi; Andreas
Vesselius, Matthias Lunoys, Ludovicus Amigarius, Cornelius Pruyne,
Philippus Lantmeta, strabmi, alij: nonulli ex civium, prefecto.
XVIII. multa Lutetie sodalitates, quas confraternitates vocat,
Ducum nominibus insignita, quarum connumeraturi sunt, mirski
(vocant Barlet de Gentilly) totam urbem holoserica ves
tina cappa sui dii magna deprota et tintinnabula ovi
nola circumdant, et sodales tali die communia debita pro
clamant.
XXIV In suburbio Honoriano (quod est maximum) vidimus coenobium
Capucinorum a Catarina Medicea inchoatum, nondum vero per
fectum: mirabile hoc cucullatorum genus Italia nuper trans
vectum, a Cardin: Lotaringo, ex familia sunt (ut rerum) D Francisci,
quos se horum imitatores, ceteros vero Franciscanos illegitimos
fatentur, nudis pedibus, et per totum vita spati
um unico cucullo contenti unica debent, sed varijs fragmē
tis

Articulos dedit: ap. me habeo.

tib ar partibus reficiunt, ita vt pmlob ſmt Argonautarum nauis, quæ cum aliqua ex parte defecit, nouis reſtaurabatur; vtiq; Theſei vita narrat Plutarchus - vide Chopin: ſacra polit: li: 3. pag: 544
xxvi. poſtq hoc tempore Lutetiæ valde aucta eſt, et quoq: Aurel: multum frequari dicitur.

Cum per caſtellum minus ad pontem virginum pergerem, tanta ibi equorum, mularum, curruum, lectirarum, hominumq: multitudo, vt vix longo tempore tranſire tuto liceret, ita vt hic vere quod olim de Roma Iuuenalis, Sat: iii, dici poſſet:

Magno populus premit agmine, lumbos
Qui ſequitur fecit hic cubito; fecit aſcere duro
Alter, at hic tignum capiti mouit, ille mereetam:
Pinguia crura luto, planta mox undique magna
Calcor.

et verè a luto Lutetia dici poteſt, cum perpetuo luto quædam plateæ licet ſilicibus ſtratæ, occupantur; odore admodum peſtilenti, quo rum nonnullo tertio tandem die expletæ eſſent, nil odoratius ſum poſtea. Occurrebat platea Martiniana templum D. Martini, vbi extra ſummum altare eſt vitrum vitreo non admodum vidi, vbi xii Sybillarum oracula de Chriſto Ægyptii:

DELPHICA.
HELLESPONTIACA: Jeſus naſcetur =
TIBVRTINA: Hic puer ex Maria virgine natus eſt.
AGRIPPA: Naſcitur prophetæ magnus ex virgine, ſine maris coitu.
PHRYGIA: Inuiſibile verbum palpabitur, et naſcitur ex virgine, vt Deus.
CVMANA: Naſcitur Deus in diebus nouiſſimis de virgine Hebreâ.
SAMIA: Filius virginis erit ſalus gentium.
CIMERIA: Naſcitur de pauperecula, et beſtiæ terrarum adorabunt eum.
EVROPÆA: Regem æthereum tenebit in gremio virgo domina gentium.
LYBICA: In paupertate egredietur de vtero virginis, et in perpetuum regnabit.
PERSICA: Aſcendit puella puerum nutriens, dans ei lac proprium.
ERICHTEA: Jeſus Chriſtus filius dei Saluator e cælo rex aduenier, per ſecula futurus.

Obi et hoc legitur Epitaphium,

M. ABELIS BVRGVNDI, REGII ADVOCATI;
quod luſit cum ei parentaſset viii Septembr.
Anno 1552. P. E.

Nemo laboratam Burgundo extollere molem
Tentet et ex phrygio marmore diues opus;
Pectoribus ſatis eſt hunc noſtris eſſe ſepultum,
Perpetuo nobis et pietate coli:
Heu mihi fixa meâ ſic huius obeſſat imago,
Menti ſic facies tangit vbiq: animum,
Noſtra virum per me talem cognoſcet vt ætas,
Lugubris gemitus præcipiet ſonos,
Huius poſtq: decem recolentur facta nomen,

Hunc mihi si qua fides posteritasq: genet.

Hinc eadem viâ occurrit templum Juliani; inde Abbatia Martiniana extra urbem, ubi, praeter alias inscriptiones quae in Corrosato leguntur, hoc legitur carmen:

Restituit sacri haec Amelotius atria templi,
In quo Martini longo stat gloria saeclo. v.

xxvii. platea Antoniana perlustrans vidi Jesuitarum aedes, nondum perfectas, in earum situ templum parochiale D. Genasii, cuius turris de viva lapide a fundamentis reparabatur, ubi hoc epitaphium aureis litteris in nigro marmore scalptum legi: D. O. M.

Hic iacet Reuerend. in Christo pater Ludo: de Mainteternes, Do: et vicecomes de Maniquet, Abb. monast. de Chaztres et S.ti Petruuini, vicarius general: illustr: et Reuer: Princip: D. D. Cardin.lis de Bourbon: qui obiit xxiii die mensis Septembr. anno Dom: 1579.

xxviii. Viam Honorianam transiens vidi templum Honorij amplissimum, et canonicum lumine raptarum a D. olim Ludouico Galliarum rege conditum (norant antigo a numero, les quize vingts. i. ccc.) est et ubi crux (la croix de terzonnier vorant) ubi sacpe supplicium fit; et sic olim Brunechildim, multum tendentissimam iussu Lotarij II Francogallorum regis quatuor equis discerptam ferunt, de qua vide Gaguinum in Cronicis.

In reditu remittentium scirimi viâ Jarobaeâ transiens in eius medio vidi monumentum hoc Frisonis cuiusdam nobilis; Gallicum epitaphium est in Corrosato, Latinum magno labore quod litterae spectant excusae, descripsi:



NOBILITATE GENERIS COMITVM ORIentalis Phrisiae, et animi corporisq: dotibus praeclaro DNO ENNONI DE EMBDA, ciuitatis Emdensis Praeposito, et electo satrapae, propter certam huius corporis resurrecturi spem, ac amoris sinceri testimonium: Auia materque sua filio suo unico.

Carmen quod in uno est monumenti latere rum insignibus sequitur:

Quid fuerim nostra haec recubans demonstrat imago,
Quid sim quam teneo putrida larua docet;
Peccati hanc nobis paenam ingenuere parentes,
Huius sed Christus soluere vincla venit:
Nunc mihi viuenti spes quae fuit, et morienti
Aeternum corpus quale habet ille dabit:
Peccati, fidei, Christi: hinc perspice vires,

ut te

. vt te magnificet viuificetque Deus .

Ad parietem dextrum templi, in Lamina (mi fallor aerea, est epitaphium Angeli Cogneti viri integerrimi, integerrimum, vetustatis quandam laudandi Plantinam, quod rum Longius sit, et in meis epitaphiorum libellis extet, sit praetermissi, Angeli Cognati quoq: meminit in poematijs suis Leodegarius a Quercu est et alind in templo Lodoica Archeria matrona doctiss: non improbandum, quod nigro in marmore litteris deauratis scalptum sit legitur.

D. O. M.

Lodoicae Archeriae matronae integerr: cui tenue corpusculum mentis altae capax, forma vxor grata, mira venustate condita; quae praeter muliebr: opif: literat: poes: pict: Arithmet: Musi: art: sup: sexus conditionem imbuta, virtute ac doctrina praestantiss: queng: sui obseruantiss: habuit, lib: reliq: male: ter, Joan: Henr: Casp: puell: totidem, Dian: Lod: Magd:

Henricus Simon quaest: ration: reg: vir moestiss: Cam. XIX peren: concord: ne minim quidem amoris mutui fugisc: vna transactis) ex pierp: illius voto superstes B. M. T. M. posuit.

Vixit ann: XXXVII, ob: an: XPIAN CIↃ IↃ LXXIII XIX KAL IAN. I. G. P.

Sunt praeterea intob D. Jnomb S^ti templum, domum respicientii.

Ridebant nos Franco Galli, quod vespertino Homy pro despernoctu vtebamur: tamen Homy in limbo Patrum quintum Anglicanorum legi, par in sententia; Homy soit qui mal y pense; Vor quoque dnum inuenio Froissartum, qui vixit circa annum Christianum M CCC, quando ait: et mourt Homy son royaume.

XIII. Ridiculum contigit in Clotualdano monasterio, noctu quidam milites cityantes rum molitore qui habitat in ponte, sub domum effringere studebant, sed ob dogibus rum exortatos exterruerant; paulo post non procul rimis conspexerunt ignes, veluti pomtos vmbrarios, hostesque arbitrantur, multaque in medium moestis studijs conferunt; tandem et audaciores mimico L armati exeunt, exploraturi, quidnam esset: vi rum propinquarunt, tanquam in hostes subpectos coeperant, militareque clamore insultant, nec quisquam audiunt, procumbuntque lassi dormitudes sed noctuinas experiunt, in quas tantam vim fecerant, deceptique non sine risu exportantur. simile quid sibi contigisse in quadam Germanica silua narrabat, Melissus rum transiens pro horso intuebatur nbsmc inprudenti metu

SEPTEMBER

Extulit imperium et Romanum Octauius orbem,
Recte hinc Augusti nomen vt auxit, habet.
Annos præteritos September fructibus auxit,
Inde tamen minimum cum mifer auget habet.

I.

Non procul a porta D. Germani est collegium Franciscanorum, quo cum templum antea aliquot annos totum deflagrauit, nunc quis quod superius restaurata a regie, aliisq: principibus quo cum in vitris effigies et insignia spectantur, etiam Francisci Valesij Alanconij cum totius Belgia insignibus, et patrizia mea. Hic multa sepulcra Epitaphiaque, ac in primis Helueti cuiusdam Nobilis virtute militari, cuius vna ex marmore effigies et Elogio: SOLA VIRTVS EXPERS SEPVLCRI. hunus Epitaphium restauratum est in Coroleto; est vt fit vnius pro temporis ratione docti, in marmore nigro Literis deaurata. Nicolai de Liza, quod mirer Coroletum non viderim, at cum sit longius, ad Epitaphiorum meorum libellos lectorem voro. Monstratur sit quod columne sancte ligno mixta, tanta erat studiosis quanta ipsa esse dicitur.

de hoc vide Pontanum.

Honorius 3. Vetuisse eus ne parisijs legi traderet Bulæus memorata.

+ III. Est die Academie memorabiliora perlustrauii, vbi collegiorum ad scholastiorum institutionem magnus mirandus, ac gnorum nominibus, et institutionibus, Academiaque primigenijs multa Bellouestus et Coroletus. est ibidem abbatia amplissima D. Genouefæ, a C. Lodouico qui primus sacro ablutus fonte Christi amissimi nomen tulit, condita in honorem Apostolorum postea vt puto; sed postquam Genouefa multis (vt ferunt) miraculis clara est in templo sepulta esset, pulcrum nomen prædidit. Hæc Genouefa tanta veneratione a Parisiensibus colitur, vt eius ossa in scrinijs (tanquam D. Tutelaris) meritatibus implorent, et loculos in quo ossa eius condita sunt solemni supplicatione per vrbem ferent, mirumque vadet duo Canonici D. virginis abbati dantur, ne latrocinia et furta etiam in sacris: est in choro sepulcrum fundatoris regis, et in crypta simul exoris Clotildis Burgundionum regis filia; monstratur in quodam sacello D. Bandelij rapti; in alio est sepultura cum similacro marmoreo Archimandrita cuiusdam vt videtur; vbi est Epitaphium in ære M. Johannis de Haistray, doctoris in Theologia, qui vixit Anno mill. quingentes. xxxii.

vid. H. Sufannæi Lucæ lib. iiii.

Vixit Johannes Haistratus Apostolus alter
sacra ferens, doctor nobilis atq: pius.
Dona dedit, cælum voluit, diuina petiuit,
vixit vt hinc viuat, viuit et hic recubat.

huic

huic contiguum est, et ipsem Abbatiæ claustrib continetur parochialis templum D. Stephani protomartyrib, quod totum restauratur, in cuius cœmiterio Epitaphium est Gallicum mirabilib et lacrumabilib rasud, huius quoq: Historia operæ statuario ab altera parte aduersa sculpta cernitur, qd. in meis epitaphiorum libell: videre est...

Sunt præterea templa parochialia; D. Nicolai Sutoris, D. Hilarij in monte et ad cloacam forumq: Maubertí carmelitarum conuentus, cuius columnis circumdatis sutrobatur in porticu, origines Carmelitarum pictura operibus illustrata spectabatur; ubi helias et Heliseus (quos sui ordinis minimum quam impiè autoreb sarmint) cuiusdib carmelitanis prædebant, deinde quomodo de monte Carmelo ab D. Ludouicus Rex Parisios traduxerit, et qui habitum nigrum et albis lineis distinctum, impetrata a Pontif. Romano facultate mutauerint, meminit horum Antonin. Episc. Flor. 3 parte hyst. iii, tit. xx, cap. v. Forum vero Maubertí omnium rerum venalium ad ostia usque, eumq: spectantium abundat, huius cloaca fœtidissima, adeò, ut in proverbium Erasmo cesserit, olet ut Cloaca Mauberti.

Ab altera Academiæ parte, est templum D. Andreæ ad fœnires, ubi ad parietem hor lapidi sinistri lapideo sculptum Epitaphium:

D. REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DNO EIDEMQ3 clarissimo simul et ornatissimo viro HENRICO SINDER scoto, Rosensi Episcopo, Reg: Maiest: a consiliis, nec non supremi Scot: senatus præsidi oculatissimo. IOANNES SINDER A RESTALRIG germanus mœstiss. posuit.

Conditur hoc cippo Rosensis Episcopus, ista
Quem docuit veris viuere terra modis:
Excepit hæc eadem vitali lumine cassum
Terra, et ubi didicit viuere, morte cadit.

IDEM GRÆCE.

Θάπτεται ἐν τούτῳ ῥοσσαῖος ἐπίσκοπος ἔρχει
ὄντε καλῶς ἀληθαῖος δίδασε βιοῦν,
καὶ τηδέντος βίον ἄυτη χθων ἔσχε, μὴ ἠχι·
οὐήσκει ἀρτιγένης ἔνθα δίδης βιοῦν.

ALIVD.

Dant Sophiæ veram traducere dogmata vitam,
Et fati memores hæc iubet esse viros;
Quid nisi ventura Sophia est meditatio mortis?
Viuere qui nouit, nouit et ille mori.

LVTETIÆ DIEM CLAVSIT EXTREMVM IIII NON. IAN. Ao 1564.

In

In aduula quadam eiusdem templi est sepulcrum Christophori Tuani, sculptura et opere splendidiss, in duus medio Equestribus ad viuum marmorea, habitu praesidis, utrinque columnae sunt porphyreticae, duaeq: ex alabastrite statuae, supra caput insignia; subtus duo Genij aerei, ad quorum pedes tabula est marmorea nigra, in qua aureis literis epitaphium, opera Plumini: quem optimum statuarium hoc tempore habet Francogallia, meritum; nec inde procul Amici Tuani epitaphium. proxima in aduita est monimentum sepulcri marmorei porphyretici, aere insigne praesidis Philippi Segueti: epitaphia vide apud Corosetum in additionibus, et editione anni Gryphiani. CIↃ IↃ LXXXVI. Quindo memenit sor dysturgo Leodigarius a quercu:

Magne vir et maior (sic sunt tua fata) future,
Si tu maiori tempore vivus agas.

Legitur ibidem aliud carmen sepulcrale non meditandum:

IN NOBILIS CVIVSDAM MANES

Herorum sedeant tumulis, umbramq: Locumque
Commendent Bellona, citis Victoria pennis,
Gloriaq: et surgens pre quam noua gloria viuit
Fama memor, Manes alios Astraea, bonique
Siue mali Pithio hortatrix et honoribus artes
Addictae celebrant, alios labor improbus et sors
Copiaq:; hoc minimum probitas pietasq: sepulcrum
Prisca fides ac simplex, cunctis sempet egenis
Praestita, desertis viduis teneresque pupillis,
Vel vacua tutela manu, contemptus honorum,
Morsq: secuta bonam vitam bona semper honorent.
Sic proceresque ducesque viros vel sorte vel arte
Insignes diteque sua, tumulisq profusus
Et laudes et opes EZELINVS et illius vrna
Deficiat breuis, his armis, his artibus hospes,
His opibus Christi Christo duce, regna petuntur:
At quod fata decus superant post fata petendum est.

Froissart fait mention du tour de l'oure, où fust mis prisonnier le conte de Montfort, qui auoit par force occupé la duche de Brettaigne, apres la mort de son frere l'an 1341. vol. 1. chap: 73 & 4. chap: 71. pa: 208.

Lutetiae romulia sunt celebrata diuersis temporibus: primum sub Iohanne III pont. Rom. et sub Benedicto IX. et Aº 558. Vid. Gopm sa: pol. 1. pa: 200.

1574 Campan. lib. 5. 353. Non molto dapoi la corona il re (Henr. 3) s'innaghitosi di Claudia figliola di Nicol. Co: di Vadamont, ch'altri chiamo Ludouica di rara bellezza d'aio et di rozzo e la prese per moglie, non senza marauiglia del pop. che no hauesse procurato di far-

IV. Ad sequanae ripam monasterium et templum Augustinianorum. (quorum originem videre apud Polidor. Vergil. de invent. lib. VII c. III licet) magnesub, haec animadvocti a Crosetto et sub auctore omissa; in aedicula templi ad sinistrum in lamina aerea ejus hoc epitaphium Memmii:

D. O. M.

Et diuturnae memoriae Jani Jacobi Memmi multis praeclaris muneribus honoribusque perfuncti, Jurisconsulti, Antecessoris Tholosae, propraetoris urbani Lutetiae Parisiorum, Libellorum supplicum in regiâ magistri, et regii in consilio sanctiore consiliarii: Liberi moestiss: posuerunt.

Natus est Rupefolii in Aquitania, obiit Lutetiae Parisiorum Anno a partu virginis CIↃ IↃ LXVIII, VIII KAL: Novemb: vixit ann. LXXIX, menses V, dies XIII.

Aeternum placida compositus pace quiescit.

Ante sarcellum gemini ejusdem aerium, hoc legitur Epigramma:

In Reuer. dm. Ludouici Chantereau Dei gratia nuper Matisconensis episcopi ac Sancti Eruii Abbatis huius tabellati authoris commend: Epigramma; qui obiit XXIV Septemb. 1551.

Carmina magnificas si laudant prisca columnas,
Egregium dicos hocce viator opus:
Cantarellus amans diuum Ludouicus honorem,
Prouidus extremos hoc dedit ante dies.
Aequora famosos generat calefacta vapores,
Hi imbrez et hinc lapsus rursus in aequor abit.
Si decet in sacris cumulata numismata rebus,
In sacra legitimo dona redire gradu.

Non procul hinc sepulcrum ex vivo lapide ad suos pedes altum, cum simulacro monumentali, cui notatum epitaphio:

Hic inhumatus adest Robertus robur honoris,
De porta dictus, ordinis huius amor
Eximius doctor, has qui bene condidit horas
Fac supplex precibus viuitet ille Deo.

Robert de la porte natif de Paris, et filz du conuent, en son viuant maistre en Theologie, et prouincial de la prouince de France de sa religion de s. Augustin. trepassa l'an de nostre seigneur M. CCCC LXXXIII le XVI Decemb.

Ad dextrum aram maximam latus in aedicula a reliquo choro separata, marmore mutato et aere splendido sumptuosa in sumatub Philippus Cominaeus historiographus (licet bonis omnibus artibus destitutus) sua aetate celebrissimus, de quo magnum extat magni vivi Justi Lipsii iudicium. Intumbit In notis ad Politica. sembus in quadam substructionis suae cum uxore sua simulacrum.

parentato ro casa d'Austria o altra reale.

rum; Sub effigiib⁹ hinc delineata opera Phillippi Vingij soda
lib⁹ mei. antec opub⁹ Historiarum, quod iam sub prelo ex
cudi spectabitur. Non longe a patrio est filius Ti
mulus, altus pedes duos, cui supe
rius marmoreum sub simulacrum,
patrium vultu doctissime refert, ut
ita ex non ambigam sub divinam effi
gie esse expressam; Epitaphia
sunt in Corioleto: patris tamen Ti
berij inscriptus legitur:

Qui non laborat non manducet.

Dicit pont. lib. de obed. parisijs tantum 10000 fuisse studiosorum.

V rolebramus natalem Lud. Carrionis Burg. quadragesimū. Andegauię morib⁹ de audio et mortuorum imagines ad unam similitudinem depicta sepulcris appendantur, et in exequijs (Roman. vet. quodammodo more) circumferantur.

IX. hospite nostro duce, castrum S. Mauri ex peculio Catarinæ Medicææ sed imperfectum, ii ab urbe Lapide, ultra Sartonium pontem ad mirandæ cupam, usum inimus: Structura est italica splendida, primum ianuarium intrantib⁹ in frontispitio, insignia sculpta videbantur, et ab utroque latere feminea statua, geometriæ una, Astronomiæ altera instrumentis instructa; ad Angeli parietes Francisci I. et figuræ collocatæ, cui non procul aderant Charites ex eadem lapide. Hoc Epigrammate:

Castri Guillelmi mem. Frossardus vol. 1. cap. 194. et 4. c. 105. Maurici vera fit mētio in Vsuard. Marbyrol. fol. 13. et 14.

Hunc tibi Francisce asseritas ob Palladis artes
Secessum, vitas si forte palatia Gratae
Diana et Charites, et sacræ vere Camoenæ.

hinc quædam videntur abesse, ut in sequentibus, quorum pars gypso erat obducta.

Ut vinas valeasque, forum hic vitabis et urbem,
Nec res a Numine nec revocabit amor.

Supra ostium trib⁹ erant statuæ marmoreæ, quarum Æsculapio dedebatur una, altera rapido cursu; in porticu palatij antiquo vid. hoc fragmentum epigrammatis legebatur:

Certum carpe manu namq: ipse volens facilisq:
Si te fata vocant non aliter sequitur.

Vide Fusium l. c.

Adiacet sylva amoenissima et pagus, in quo collegium canonicorum D. Mauro sacrum, unde 16. horæ de festis, et matutinis recitantur; Hic collium altitudinibus, paterarum orbibus, Fluvij limpidissimi lenem cursum, arborum umbras, ferarum multiplicium lustra, et ut vno verbo dicam Tempe, in quo nil amœnius desideratur. In vestibulo arcem Virentianam (ita appellat Virgil. in Æneæ. v. Anyl.) in memoriæ vidimus, quod nemus phil.

Adeod.

Philip. Adeodatus muris cinxit, et Henricus III monasterium Hieronimitanorum fratrum fundauit, in quo ipse saepe pernocta re dicitur, habetq: ibi saltum sine quarum omnigenis feris refertum, Vergil. Polidor. de locis in Anglica syl. sic scribit. Vincentianum nemus (nomen id est regiae villae) a Lutetia circiter passuum tria mill. ad ripam Sequanae sitae, sed parum recte in loc qd. vltra mille passus ab urbe non absit. De fundatorum Canon. in regio sacello ens, arcis quadā Gallor sat pol. li: 1. ca: 8. nu: 5.

Est fere eadem via, villa et locus admodum cultus Villerij, cuius dominus Enus nois regis a secretis: in quo, et ambulacra arcno solidata et ampla, arborū, fruticū herbarū florū, et cetera, omittam, est piscina rotunda ad formā nauali cum Romanorum, seu Latinis, in quibus pugnas nauales exhibebant Imper: quorum figura in antiquis monumentis cernitur. huius vsurij haec est forma:



Est ibidem hortus in formam valle multo depressior reliquo multo undique arbore conspicuus. Est in medio fons mirabilissimus, et aedicula aenea, in cuius fronte effigies collocata. Caii Tiberij Aug: et Germanici Caesaris, virtutum ejus gulae quam plurimae expressa ex Lauro, Cupresso, et Herba salutari, sive Rosmarino, semper virentia, exoticos quoq. fructus magna cura hic alebat. In exitu ad portas bardimus effigies circulares ex lapide candido Herculis maiorum domitoris, et Alexandri magni bellorum parentis.

XI Lapidicinas vidi in agro parisiensi lapidem minus durum, dicuntur tamen tempore indurescere.

XII Loca urbis haec pelustrani, in via Antonina, sacellum Antonij minoris, ubi crocodilus ex egypto adductus suspensus retinetur. Non procul hinc ad Biragium, ubi proximus fons, quem Renatus Biragius Mediol: Cancell: Franc. Gal: et Card: suis sumptibus in usum publicum deduxit, hac qua vides forma ex lapide candido ornat.



Sunt

Sunt hoc quoque in loco edes multorum Principum, nobiliq:
singula palatia decorab, tanto sunt splendore, vt sunt:
Nauarreorum, Gussiorum Nesli;
Est et ab Italo quodam domus condita impensis Burentorū
amplius mill: aureorum Francorum, vbi ex marmore
et porphyretico omnia lapide nitent, exteriori in par
te ad frontispicium nigro in marmore. Literis deaura
tis hoc legitur epigramma: Res vt vbi parta, ibi
manedt. Sunt ad monasterium et templum D. Catarinę
ad Vallem (vulgo au val des escolliers) quod fuit extruc
tum usu D. Ludouici, precibus multum prætorianorum
(Carcifers vulgo sue archers vocant) qui in ponte Boi
no votum D. Catarinæ fecerant, si diuolerent templum in
eius honorem se erecturos; Est dorot inscriptio quæ
est ante vestibulum, quare rapsodi illi regii Sursē
pelizi dementes sunt, quemadmodum quamplurima al
lorum sepulcra ibidem indicant: Est autem nobilis fi
ysse vestitus, quæ ibi exsculpta, in quorum locum du
centi illi nobiles regiæ famili
ę, qui malleolos deauratos
ante regem gestare solebat,
successisse credam. Vnius
sepulcri formam sic exhibe
despinxi, ex qua cuius tem
poris habitum militarem inspi
ci licebit: præterea multa
nobilium et Equitum ibi se
pulcra spectantur quæ ap:
positum memorantur.
Est ad dextrum ædicula mar
morea cum Burgini sepul
cro splendido ac pene regio,
ac statua, pari modo habitu
vxoris quoq: cuius, quorum ep
itaphia in loco isto leguntur.
Via Antoniana sequuta
tum sunt ædes, quos via tabernæa in vrbe ædis Lin
gonicis ædificatas, stolas quas, deformes, strabit Mo
lineus, quod et Cornelio Tridentino approbabis
diuersum. Vide quidem in consili supra Iom: Tridēt
rapite LXXVI.

ex insignibus et simulacris

Non procul.

Non procul a via Honoriana est domus regia Catarinae Mediceae, Henrici II uxoris, Henrici III. matris, in qua sunt vidi columnam candido & lapide bino opere corinthiaco elaborato; ~~scalae~~ scilicet scalae coclidi, qua ad superiora aedium ascenditur, circum ornabant gigantes emblematibus:

H. Henricum signat, ubi cum nimium implicatum Catarinae exprimit, est quoque forma lunae respectus, et alludit ad symbolum Henrici II regis: DONEC TOTUM IMPLEAT ORBE: Cappa rotundo vero ubertatem et omnium rerum abundantiam passim: sub qua ~~regio~~ denotatur.

Est praeterea templariorum olim domicilium; hi sub Philippo IV cognomento pulchro penitus exsti, ruderibus: supplicio per totum Gallianum orbem conquisiti et mactati, ob haeresim (ut volunt) a nefandam in religionem Christianam contumeliam; de qua vide Crinitum de Honest. disciplina lib. XXIV. cap. XIII. quamquam quidam gaer omnia a pontifice clemente ipsorum bonis que iam in infinitum excreverunt; inhiante, ficta arbitrentur. Antonin. Florent. Antist. sic videtur asserere, tum a rege ipso gaer crimina imposita iniuria putet, et opibus tantis potiretur. Horum obsequio et sic aedes Equitum Rhodij possident, quorum quidam sacerdotio funguntur, quorum sequenti folio & Lapide sepulcrali do formam, habitumque; alij bello contra Christi

vid. platinam et Genebr. lib 4. Chronogr. Ang. Rocca bibl. vat. fol. 213

part. III. tit. XXI c. 1. §. III.

Angelus ad Cod. de haered. instit. fol. 152 col. 2. templar. collegium improbatum esse per SS. trad.

Vide Amm. lib. 3. Masson. qui non aret sed ex calumnia factam templariorum extinctionem tradit.

christiani nominis hostes contendunt, ex quorum numero precipui Equites Melitani. In horum templo est sepulcrum cum statua Liladami postremi Rhodiorum magistri, qui Solimanno post grauem obsidionem tum nulla subsidij a Christianis principibus uiuli interpositi bello contractum, (quod Forot) sodem anno quo hoc populario Hadrianus in Pont. Max. electus est, insulam et urbem relinquere coactus fuit; huius Epitaphium alibi est in Corpore. Extat etiam in templariorum ecclesia quam olim templariorum fratres fecerunt, ambitus harum aedium amplissimus muro multo oppidi uinctus. Ab eis proxima porta et uia nomen habet.

Vicina est platea crucifixi Jacobi ubi domus nova in nigro marmore literis deauratis hoc continet Epigr:

CL. GVIOTVS III MERCATOR. PRÆF. HIS QVATERNIS ÆDIBVS PEDES OCTO RESCISSIS TRIVMPHALEM HANC VIAM EXORNAVIT ET AMPLIFICAVIT. REG. CAROLO IX ANN. SALVTIS CIↃ IↃ LXVI.

De constantia templariorum et quam falsò ipsis obiecta sint impietatis crimina strabo Boratus de rasibus illorum libro 9. damnati sunt Conc. Viennensi sub Clem. V. PP. XVII. Cum templum Jacobaeum ingressus essem ubi sunt ossa eorum ibi legi Epitaphium quod non est apud Corpetum; in nigro sculptum marmore:

Petri Jacobi hic ossa reposita quiescunt,
Post bis sex vitae lustra peracta sua;
Qui Bazae dominus, dominus simul Oruilieri,
Regi a Secretis consiliisq: fuit.
Artibus ingenuis studuit, quarum actus amore
Londinenses patriâ fecit ab urbe vias.
Unde reportauit patria tot commoda, ut illi
Annibalde tua sit data cura domus.
Cui sua tanta fides prudentia tanta probata est,
Ut curam nati traderet ille sui:
Parisios tandem repetens, aeditis honore
Functus, urbanis muneribusq: praefuit.
Sic acta placidè vita iustèq: peracta
Uxori flendus, flendus abiit populo:
Ergo viro Joanna suo Fulcroia dum vult
Mortua coniungi marmor utrique dicat.
Felices ambo, iacet hic bene mortuus alter,
Altera, tanta fides, viua iacere velit.

meminit Guil. Gagnius Fol. 71.

xix. non procul ab Augustiniano Rex Henricus iii. populusque Parisiensis pontem vniuersitatem et urbem supra Sequanam vniungentem, magna mole et impendiis cum aliquot annos insumpserunt, cuius nouum iam media parte absoluta quae Insulam attingit, Odi Equi statuam, quem in pontis medio collocare constituit rex, vt sui memoriam Valesianum appellare, quandoquidem nonam Lupara alii vocant. Hic in proximo palatium (vt dicunt) Nemorij Ducis, nescio an Ludouici Gonzagae vicarij generalis olim Caroli ixti, quod non ita pridem perfectissima architectura cum ornatu multis impendiis extruxit.

xxvii Augustino Lanteio et Jacobo Cruchio Germanis comitibus, qui Duaco Visendi Parisios ad nos venerant, Porta Dionysiana excunti Fanum Dionysij petimus; et via lapidibus strata perpetua ii leucas; ad viam duplici ordine passim regum in pilis et columnis statuae, certo spatio aequali distantes, vulgus fabulatur Dionysium raptum suum manibus ferens ibidem quieuisse, et comitem sequenti turba fabulosa: hoc tempore regum ad singulas corpora, quum ad sepulturam deferuntur, quiescunt. Nunquam in Templo aut Abbatia videram ab vlla omissa ceremonia: Thesaurus sacrosanctus, insignium, regum principumque vestium monumenta pauimentum varijs coaptatus; sunt tamen qui dolunt, posteriores primores ad rapiendum quam ad dandum faciliores, veris gemmis fictitijs fabrefactis mutatis, vitreas plurimas quasque substitutas, quod ex gemmariorum mercatorumque prodi tum narrat. De hoc Thesauro quaedam annotauit Hieron. Cardanus de variet. rer. lib. xvii, cap: xcvii; quomodo vtrum vera a falsis gemmis dignoscantur, prodidit in Observationibus suis Belonius; qui de monocerote suae animalia vniuersa git cap. xiv. Qui Thesauro praefectus est, mediante lucerna, facili labore cuiuis monstrat; distributus est per sex armaria, in quibus simulacra mortuaria ex cera ad veram similitudinem expressa vidi; Henrici ii, Caroli ix, Francisci valesij Alanconij, quae fuit mos veteri more quem Tangit Juuenalis sat. viii,

Tota licet veteres exornent vndique cerae
Atria.

seruitant. Monstrabat nobis praetoria assecuti lingua, D. Benedicti caput, mitram, et calicem calamarium; scriptorium D. Dionysij, Coronas regis reginaeq: lapidibus et auro praetiosis zaphiro Adamant. Rubinis insignes. Calcaria regia; cuncta admiratam tui ex vetere domina particulam mosse dicebat. Dentem D. Joannis euangelistae, manum D. Thomae, digitum Bartolomaei, pedem Dionysij

ſñ, Ludouici ſceptrum (manum uſpicia ſerant) argenteum, onychinum aliud; Vaſa duo ex gemmis ſcalata; effigies gemmeas Tiberij, Cleopatræ, Agrippæ Sabarum; pedis Gryphi extremam ungulam auro inclusam, quæ diuis geometrici longitudinis ex ſcrupulata proportione, modo cognoſcitur, non aliam ſed magnitudinis quoque magnitudinis fuiſſe colossum, unde potuit conſtendum gentem aut formæ animalis cuiuſpiam, aut fictum quid eſſe, cum de Gryphis fabulosam Plinij hiſtoriam multi aſſerant. Aſſeruantur ibidem Latinorum Lusus Oburnea ſimulacra, inter quæ ex ebore totus Elephas caſtellum militare duos ferens, dicunt Caroli Magni Imp. Rom. et Francogallorum regis ex ſupellectile. Tres enſes rubigine obducti, Joannæ Virginis, quam vocant la pucelle d'Orleans, cuius bellicis rebus celebrauit Valerandus Varanius quatuor editis libris circa A.m Chriſtianum 1516.)



Torquis Remenſis epiſcopi, et D. Ludouici regis, cum ſua forma. Eadem in theca aſſeruatur, cuius ex ſex gyris eadem Galilæa, ex candido marmore, simul Romanis quorum ex reliquis simul puto) non absimilis, tam quia eadem forma, minutia autem temporis magis offendit. Paludamentum regium cæruleum auratis liliis conſtitit, et indusium rectum purpureum; Speculum [a] marmoreum, cuius vidimus, quod imperatus ille monarchus allusione ideoptus, Margine magno ſatis vocare non eſt veritus: pone templi aram ſummam eſt labrum illud porphyretici operis, cuius meminerunt [b] Beltorestus et Nicolaus Cauſalus; longum pedes octo, altum tres, capacitate decem amphoras, fabrica ſatis vetuſta, pro more antiquitatem, ſi cui barbarum labrum antiquis ſigna paſſim ſpectata lapidibus et marmoribus extat) conferatur; nec repugnat quod tradit Beltorestus olim a Pictonibus ubi baptiſterium erat huc pro Dagoberti templo translatum, potuit nimirum ab eleganti opere.



a. in Coſmogr. munſt.
b. in balnæis antiq.

ro abluendi ritu, m Christianum usum translatum fuisse; Mirum est quo sit nitore, et adamantina proposueritis, et mulla hi et minimam notam ferro inscripserimus, quae puto de qua dicitur integrato ad nostra haec tempora pervenisse; annuli qui extrema: sunt bini ex eodem lapide rabati, licet labro adhaereant, tamen videntur posse retrahi et manibus deprehendi, tanta sunt arte elaborati. pauimentum eor loco omne est segmentatum et Mosaicum. ex diuersis minutis parij marmoris crustulis, et apud Romanos quoq. olim in usu fuisse indicat vetus poeta Lucilius his versibus:

